dignior dulia: hec exhibet creature rone excellentie singlarẜ cōicate a deo: ſicut pu/riſſime vgini q honorat vt mater filij dei. Ideo debet ei nō qualiſcūq dulia: ſed rōne tāte dignitatẜ exhibet ei hypdulia. Que idō dr hypdulia qſi p duliā ad latriam accedēs. Si g loquamur de adoratiōe latrie ſol deus adorat iſta adoratiōe & nō adorat dulia vel hypdulia. Vñ Deuter. vj. c. dr Dñm deū tuū adorabis & il/li ſoli ſeruies. ſ. ſacrificiū offerēdo in recognitionez bñficij creatiōis: & qr in eo ē ſu pma rō maieſtatẜ & dñij: Ideo ſeruitiū vel obſequiū ſic deo exhibitū dr latria q eſt actus nobiliſſimus & maxie laudabil. Nā inter omnia obſequia q agunt exteri ad reuerētiā ptinētia: adoratio eſt ſignū vl actus iterioris reuerētie pmaxie oñſiuus. Vñ adoratio dr actus charitatẜ: qr charitas facit diligere deū: ideo facit adorare eū. Adoratio qz eſt actus fidei: qr fides oñdit cui pncipalr adoratio ſit exhibēda Etiā adoratio dr actus iuſticie: qr iuſticia dat vnicuiq qd ſuum ē: idō adorat deū cui ſoli debet adoratio. Nominat parit pietas qtū ad effectū deuotiōis. Dr eti/am religio qtū ad determinationē opez ad q ho ſe obligat in cultum dei. Dr qz Theoſebia. i. diuinus cultus: vel euſebia. i. bonus cultus: vt dr btūs Tho. in. iij. li. ſen. di. ix. Et ſic ptz q qcunq exhibet adorationē latrie alicui creature ē idolatra: eo q diuinus cultus tunc dat creature cui non debet. ¶ Conſequent ſup h pcepto mouentur aliq dubia. Primo contingit dubitare an chrs debeat adorari vnica adoratione cū in eo ſint due nature. ſ. hūana & diuina. Rñdeo ſm Tho. in. iij. pte q. xxv. ar. j. vbi dr: q cū in chro ſit vna pſona tm & due nature. Ex pte eius q adorat eſt qdem vna adoratio & vnus honor: ſed ex pte cauſe q adorat pñt dici ples adorationes. Et dat exemplū ſctūs Tho. d homine in q ſunt ples excellentie q ſunt cā honorẜ: puta platio/ ſcia/ & vtus. Erit qdem illius homis vnus honor ex pte eius q honorat: ples tñ ſm cauſas honoris. Hō em eſt q honorat ppt plationem & ppt ſciam & vtutem. Sic igit in chro cum ſit vna tm pſona erit vna adoratio eius & vnus honor: ſed cū ſint ples cauſe honoris eius erūt plures adorationes eius: vt. ſ. alio honore adoret ppt ſapientiam increatam: & alio ppt ſapiam creatam. Et ſic patz rñſio qōnis. ¶ Scdo querit Vtrum caro chri ſit adoranda adoratiōe latrie? Et arguit q non: nam dictum ē q latria exhibet deo in recognitionē bñficij creatio/nis: & qr in eo ē ſupma rō maieſtatẜ & dñij. Sed creare nō puenit carni vel humanitati chri: g non ē ei exhibenda latria. Huic qſtioni rñdet ſctūs Tho. in. iij. lib. ſentētiaz diſtinct. ix. vbi querit Vtrū humanitati chriſti ſit latria exhibēda? In rñſione ad pmū arg. vbi dic: q humanitas chri pōt conſiderari duplr. Vel prout intelligit non coniuncta vbo: & ſic non debet ei latria: ſed hec conſideratio eſt in intellectu tm: vel prout intelligit vnita vbo: & ſic poteſt & debet honorari vno honore cum vbo: & ſic debet ei latria. Vel alio modo: & ita debet ei dulia vel hyperdulia: & ſic loquit gloſa ſup illd Ps. Adorate ſcabellum pedum &c. que dic q caro chriſti non eſt adoranda illa adoratione que ſoli do debet. Ad argumētum dicitur q qūis creare non conueniat carni vel humanitati chriſti. Conuenit tñ p/ſone verbi cui vnitur ſm quam non eſt minor patre: cum qua ſimul adorat & glo/rificatur adoratione latrie. ex quibus patet reſolutio queſtionis. Si autem ſcire vis: vtrum imaginibus chriſti debeatur honor latrie. Vel qualis adoratio debeatur ſancte cruci vel puriſſime virgini. Et iterum de adoratione imaginum & ſanctorum. Vide ſanctum Thomam in tertio libro ſententiarum. diſtinct. ix. per totum. et in tertia parte. q. xxv. per totum.

¶ Tertio queritur: Vtrum angelus poſſit adorari adoratione latrie? Et videtur q ſic: Nam legimus Geneſis. xviij. capitulo. q Abrae ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei apparuerunt ei angeli quos cum vidiſſet adorauit in terram. Etiam in tertio libro Regum. j. ca. hr q Nathan ppha ingreſſus ad regē dauid adorauit eū pnus i terrā. Similr Joſue cecidit pnus in terrā adorans

Adoratio ē ſignū maxie reuerentie

Chrs adoratur vnica adoratiōe

Vtrū caro chri ſit adorāda adoratiōe latrie

Vtrū āgelus poſſit adorari latria

angelū q̇ apꝑuit ei vt ḋr Joſue.v.c. Jtē legit̃ Apoc̃.vl.c. ꝙ ioānes voluit angelū adoꝛare: ⁊ ꝓhibitus ē ab eo: Nō aūt ꝓhibuiſſʒ eum angelꝰ ſi eū dulia adoꝛare voluiſſʒ: qꝛ hec dulia angelꝭ ſanctꝭ debet̃: ḡ volebat eū adoꝛare latria. Et ſic videt̃ ꝙ adoꝛatio latrie q̄ ſoli deo debet̃ etiā creaturꝭ a ſanctꝭ virꝭ exhibeat̃. Huic obiectioni rn̄det ſanctꝰ Tho. in.ij.ij.q.lxxxiij.ar.j. in rn̄ſione ad ṗmū arg. ſic dicēs: Alia veneratiōe veneramur deum qḋ ꝑtinet ad latriā: ⁊ alia veneratiōe q̄ſdam excellentes creaturas qḋ ꝑtinet ad duliam. Et qꝛ ea q̄ exterius agunt̃: ſigna ſunt interioꝝ reuerētie: q̄dam exterioꝛa ad reuerentiā ꝑtinentia exhibent̃ excellentibꝫ creaturꝭ / int̃ q̄ maximū ē adoꝛatio. Sed aliq̇d ē qḋ ſoli deo exhibet̃. ſ. ſacrificiū: Vn̄ Aug. ḋt in.x.li.ḋ ci. dei. Multa ḋ cultu diuino vſurpata ſunt / q̄ honoꝛibꝫ deferūt̃ hūanis ſiue hūilitate nimia / ſiue adulatiōe peſtifera: Jta tn̄ ꝙ q̇bꝫ ea deferuntur hoies habent̃ q̇ dicunt̃ colēdi ⁊ venerādi. Scḋm aūt reuerentiā q̄ creature excellenti debet̃. Nathan ꝓpħa adoꝛauit dauid. Scḋm autem reuerentiā q̄ debet̃ deo Mardocheus noluit adoꝛare Aman: timens ne honoꝛē dei trāſferret ad hoiem vt ḋr Heſter.xiij.c. Et ſimilr̃ ſm reuerentiā debitā creature excellenti: Abꝛaam adoꝛauit angelos: ⁊ etiam ioſue vt ḋr Joſue.v.c. Quāuis poſſit intelligi ꝙ adorauerint adoꝛatōe latrie deum q̇ in ꝑſona angeli appꝑebat ⁊ loq̄bat̃. Vn̄ ſanctus

Nota Thomas in.iij.lib.ſent.diſt.ix. vbi q̄rit Vtꝝ viris ſanctis ſit exhibendꝰ honoꝛ latrie: in rn̄ſione ad.iij.arg. ḋt ꝙ angeli illi nō apparuerunt abꝛae in ꝓpꝛia natura / ſʒ in q̇buſdam coꝛꝑibꝫ q̄ſi imaginibꝫ aſſumptꝭ. vn̄ inq̄ꝫtum erant imagines repn̄tantes trinitatē poterant adoꝛari latria: nō aūt inq̄ꝫtum repn̄tabant angelos ipos. Si aūt loq̄mur ſm reuerentiā q̄ debet̃ deo ꝓhibitꝰ eſt ioānes angelum adoꝛare. Apoc̃.vl.ca. tum ad oſ̄dendū dignitatē hoīs quā adeptus ē ꝑ chr̄m vt angelꝭ eq̄tur. vn̄ vbi ſubdit̃: Cōſeruus tuus ſum ⁊ fratꝝ tuoꝝ. tum etiā ad excludendū idolatrie occaſionē. Vn̄ ſubdit̃: Deū adoꝛa. ſ. adoꝛatione latrie. Vel dic ſm Tho. in iij.lib.ſent.diſt.ix. vbi q̄rit Vtꝝ ſine pctō alicui creature poſſit latria exhiberi: in rn̄ſione ad.j.arg. ꝙ ioannes volebat adoꝛare angelum dulia: ſed ꝓhibitus fuit ꝓpter tria. Pꝛimo ad oſ̄dendū dignitatē ipius ioannis / q̇ mlt̃is angelꝭ dignioꝛ fuit. Scḋo ad euitandū ſpēm idolatrie: ne ſub ꝑtextu dulie occaſionalr̃ latrie exhiberet̃ creature / qḋ eſt maximū malū. Tertio ad oſ̄dendū exaltationē hūane nature ſuꝑ angelos in homine aſſumpto. Hec Tho. Et ſic ptʒ rn̄ſio ad obta ḋ ange

Nota lis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s reſolutio q̄ōnis. ¶ Quarto q̄rit̃: Vtꝝ adoꝛans diabolū trāſfiguratū in effigie chr̄i ꝑ erroꝛē inuincibilē deluſus excuſet̃ ab idolatria ꝑ talē ignoꝛantiā: Ad hanc q̄ōnem rn̄deo ſm mgr̄m Robtū holkot in.iij.li.ſen.q.j. in art. v. ṗncipali. vbi ḋt ſic: Nō ſolum talꝭ excuſat̃ a pctō: imo tantū meret̃ q̄ntū mereretur ſi chr̄m adoꝛaret: ſi tn̄ fecit qḋ in eo fuit ad diſcernendū an chr̄s fuit vl̃ nō. Et adducit talem rōnem. Oſ̄dat ſe chr̄s petro in certa effigie: ⁊ credat petrus eū eē chr̄m ⁊ adoꝛet eum adoꝛatiōe latrie. Et ſilr̃ oſ̄dat deꝰ diabolum oīno in ꝯſili effigie ieſu ⁊ ſub eiſdē figurꝭ: ⁊ adoꝛet eū ioānes. Tunc q̄ro an ioannes peccat aut nō: Si ſic: ḡ petrus peccat. ꝯn̄tia ptʒ: qꝛ nō maioꝛem certitudinē hʒ petrus q̄ꝫ Joannes. Si ṽo nō peccat hr̃ ꝓpoſitum. Jtēꝝ Robtꝰ holkot in eodē art. poſt mlt̃a aurea dicta ꝓbat ꝓpoſitum ſuum ꝑ talē inſtantiā. Ponat̃ ꝙ chr̄s dimiſiſſʒ humanitatem aſſumptā tam adultā: ⁊ ħ latuiſſʒ btām ṽginem: ipamet nihilo minus adoꝛaſſet iſtum hoiem adoꝛatiōe illa qua ṗus: igit̃ erraſſet: et tamen in nullo peccaſſʒ: qꝛ er-

Nõ errare pt duplr̃ roꝛ facti ē ſimplr̃ inuincibilꝭ. Notandum ḡ ſm Robtum holkot ibidem: ꝙ ꝯtingit errare duplr̃ / vel erroꝛe ꝑiculoſo / vel erroꝛe nō ꝑiculoſo. Erroꝛ ꝑiculoſus ē q̇tiens q̇s errat ꝯ̄ articulos fidei vel ꝑcepta diuina. Erroꝛ nō ꝑiculoſus eſt in alijs qn̄ deceptus igr̄antia inuincibili appꝛobat falſa ꝓ veris. Jn caſu aūt iſtius articuli de tranſfiguratiōe diaboli in effigie chr̄i: Verum ē ꝙ ioannes errat credens illum q̇ eſt diabolus eē deum: ſed certe erroꝛ iſte cum ſit inuincibilꝭ ⁊ nō ſit ꝯ̄ aliquē

articulũ nec contra bonos mores nõ eſt piculoſus ⁊ hoc eſt quod expreſſe dr̃t ma/
giſter li.iiij.diſt.ij.c.iiij. Diabolus eñ trãſfigurãs ſe in angelũ lucꝫ ſi credat̃ bo/
nus nõ eſt error piculoſus. Hoc etiã ſatꝫ declarat auguſtinꝰ in li. Enchiridion.
c.lix. Et eſt gloſa cõis.ij.ad Cor.xj.c. Sathanas cũ trãſfigurat ſe in angelũ lu/
cis:qñ ſẽſus corpis fallit:mentẽ ṽo nõ mouet a vera rõne vł ſnĩa:nullũ ẽ in reli/
gione piculũ quiſqꝫ vitã fidelẽ gerit. Vel cũ ſe bonũ fingẽs ea vł facit vel dicit q̃
bonꝰ angelꝰ: etiã ſi credat̃ bonꝰ nõ eſt error piculoſus aut morbidꝰ. hec oĩa Ro/
bertꝰ holcot. Sed ſctũs Thomas ſup hac q̃ſtione in.iij.li.ſentẽ.diſt.ix. vbi q̃rit.
Utrũ ſine pctõ poſſit latria exhiberi alicui creature. In rñſione ad.iij.arg.dr̃t ſic.
Nõ põt diabolus in ſpecie chr̃i apparẽs ſine pctõ adorari niſi ſit cõditio actu ex/
plicita. Nõ eñ ſufficit ſolo habitu. Quia ipſa nouitas rei inſolite ꝯſiderationẽ ⁊
attentionẽ req̃rit ſic̃ dicit̃ de beata ṽgine Lu.j.c. ꝙ cogitabat q̃lis eſſet iſta ſalu/
tatio. hec Tho. Sed qꝛ teſte Gregorio hoſtis nr̃i malicia tãta arte decipiendi ſe
palliat vt plerũqꝫ ante decepte mẽtis ocłos: culpas ṽtutes fingat vt inđ quiſqꝫ
q̃ſi expectet p̃mia vñ eterna dignꝰ eſt iuenire tormẽta. Idcirco notãda ſunt au/
rea ṽba ſcti Thome q̇ nos cautos reddit qñ ſathanas ſe trãſfigurat in angelũ lu
cis p q̃ ſigna cognoſci poſſit. Vñ in cõmẽto aureo ſup.ij.epła ad Cor.xj.c.lectio
ne.iij. Sup illo paſſu. Ipſe eñ ſathanas trãſfigurat ſe i angelũ lucis: dr̃t ſic. No/
tandũ eſt aũt ꝙ ſathanas tranſfigurat ſe aliqñ viſibilr̃ ſic̃ btõ martino vt decipet
eũ et hoc mõ młtos decipit. Sed ad hoc valet ⁊ nc̃aria eſt diſcretio ſpirituũ quã
ſpecialit̃ deꝰ ꝯtulit beato Antonio. In h̃ tamẽ põt cognoſci ꝙ ſathanas ſit: qꝛ
bonꝰ angelꝰ in principio hortat̃ ad bona ⁊ pſeuerat in eis. Sed malꝰ in p̈ncipio
q̇dẽ p̃tẽdit bona: ſed poſtmodũ volẽs explere deſideriũ ſuũ ⁊ qđ intẽdit ſcꝫ deci/
pere inducit ⁊ inſtigat ad mala. j. Joã.iiij. Omi ſpiritui nolite credere ſed pba/
te ſpũs ſi ex deo ſint:qm̃ młti pſeudo ꝓphete exierũt in mũdũ. Et iõ ioſue cũ vide
ret angelũ in cãpo ſuo dixit. Judicũ.v.c. Noſter es an aduerſarioꝝ: Aliud etiaꝫ
ſignũ eſt ꝙ bonꝰ angelus ⁊ ſi terreat in p̈ncipio tñ ſtatim ꝯſolat̃ ⁊ cõfortat ſicut
zachariã cui dixit. Luc.j.c. Ne timeas zacharia. Et ad btãm ṽginẽ dixit. Ne ti/
meas maria. Malus aũt angelꝰ ſtupefacit ⁊ deſolatũ dimittit. Et h̃ iõ vt ſtupe
factũ facilꝰ decipiat ⁊ pſuadeat ſibi. Aliqñ aũt trãſfigurat ſe inuiſibilit̃:⁊ h̃ qñ
ea q̃ in ſe mala ſũt facit apparere bona: puertẽdo ſenſus hoĩs ⁊ inflãmando ꝯcu/
piſcẽtiã. Prouerbioꝝ.xiiij. Eſt via q̃ videt̃ hoĩ iuſta:nouiſſima aũt eiꝰ deducunt
ad mortẽ. Riſus dolore miſcebit̃ ⁊ extrema gaudij luctus occupat. hec ibi. Sic
decepit monachũ quẽdã cũ ꝓpoſuiſſet in aĩo ſuo nũqꝫ exire cellã ſuggeſſit ei dia/
bolus ꝙ bonũ eſſet vt exiret ad eccleſiã ⁊ recipet corpꝰ chr̃i. Cui ſuggeſtioni ꝯſẽ/
tiẽs ꝓpoſitũ mutauit vadẽs ad eccłiaꝫ. Poſtmodũ cognoſcens eũ fuiſſe diabolũ
głiatꝰ eſt monachꝰ ꝙ nõ decepat eũ:qꝛ ad bonũ iuerat. Et tñ iã remouit eũ a ꝓ/
poſito ꝯtinue ſtãdi in cella. Poſtmodũ ṽo iterũ ſuggeſſit ei ꝙ pat̃ ſuꝰ eſſet mor/
tuus ⁊ dimiſerat ſibi młtas diuitias diſtribuẽdas iter paupes ⁊ ꝙ iret ad ciuita/
tẽ. ad quã cũ iret nũqꝫ redijt ad cellã:⁊ mortuꝰ eſt in pctõ. vñ valde difficile eſt ꝙ
hõ caueat ſibi. Et iõ recurrẽdũ eſt ad adiutoriũ diuinũ. Job.xlj.c. Quis reuela
bit faciẽ idumẽti eiꝰ: Quaſi dicat:nullꝰ niſi deꝰ. hec tho. ¶ Sũt ⁊ alij q̇ dicũt ꝙ
ſathanas i angelũ lucꝫ trãſfiguratꝰ. vel in ſpecie chr̃i apparẽs nõ eſt credẽdꝰ eſſe
chr̃s. Nec põt adorari ſine pctõ:⁊ ideo nullo mõ eſt adorãdus. Et ſiquis ignora
ret tñ vt dicũt nõ excuſat̃ a pctõ niſi diligẽtẽ adhibeat diſcuſſionẽ ⁊ cautelã:⁊ h̃
ꝓpter tres rõnes. Prima eſt: qꝛ q̇libet eſt p̃monitus p ſacrã ſcṗturã ꝙ angelꝰ te/
nebraꝝ trãſfigurat ſe i angelũ lucꝫ:vt dr̃.ij.ad Cor.xj.c. Et matth.xxiiij. Mul/
ti veniẽt in noĩe meo dicẽtes. ego ſum chr̃s ⁊ młtos ſeducẽt. Et ideo tenet̃ diſcu/
tere ⁊ ſtatim nõ adorare. Scđa ratio eſt:qꝛ habet remediũ orõnis. Vñ ſi oraret
deũ toto corde: vt reuelaret ei ṽitatẽ deus nõ dimitteret eũ decipi. In hoc eñ

Sathanas p q̃ ſigna co/gnoſcit̃.

Bonus an/gelꝰ terret in principio.

Malus an gelus ſtupe/facit.

Nota pul/crũ exẽplũ.

caſu intelligit illō ioānis.xv.c. Quicq̄d petieritꝫ patrē in noīe meo dabit vobis Hoc eſt quicq̄d petieritꝫ ptinēs ad ſalutē: vt auguſtin⁹ exponit dabit vob. Ex h̄ ptꝫ ꝙ q̄ ſic adorat nō adhibet oēm diligentiā quā debet. Tertia rō eſt: q: tal' adorās facile poſſet vitare piculū apponēdo ꝯditionē hoc mō. Adoro te ſi tu es chr̄s Et ita ex oībus ſupdictis ptꝫ reſpōſio ad qōnē.

Vtrū ille q̄ adorat hoſtiā nō cōſecratā peccet peccato idolatrie.

¶ Quinto q̄rit vtrū ille q̄ adorat hoſtiā nō ꝯſecratā excuſet ab idolatria. Rn̄deo huic qōni ſm Tho.in.iiij.li. ſentē.diſt.ix.ar.quo ſup.in reſpōſiōe ad.iij.arg. vbi dicit ꝙ ille q̄ adorat hoſtiā nō ꝯſecratā. dꝫ eā adorare ſub ꝯditione ſcꝫ ſi eſt ꝯſecrata. Nō tn̄ opꝫ ꝙ hec ꝯditio ſp ſit actu explicata: ſed ſufficit ꝙ habitu teneat illā. Vn̄ nō peccat adorās eā q: nō adorat purā creaturā: ſed chr̄m ſm intētionē ſuā. Sacerdos aūt ꝙtū in ſe eſt facit ppl'm idolatrare: q: offert ei purā creaturā ad adorādū. hec Tho. Nota g̃ hic ſm Robertū holcot ad maiorē euidentiā hui⁹ qōnis ꝙ hō pōt facere oēm adorationē licite cū q̄ ſtat ꝯtinue recta intētio i eodē: ꝛ tenet habitual'r ſic dicēs. tm̄ vnū deū volo adorare: ſuppoſito ꝙ credat verū deū eſſe deū.

Per fidē erroneā homo pōt mereri ꝛ q̄uō.

Jō ſcire debes ꝙ multotiēs hō ꝑ fidē erroneā meret ꝛ pcipue qn̄ errat errore iuincibili q̄ excuſat a toto. Hoc aūt oſtēdi pōt ꝑ mlt'a exēpla ꝛ ꝑ varios caſus quos ponit p̄dict⁹ doctor Robert⁹ holcot in.iiij.li.ſentē.q.j.ar.v. principali.

Primus caſus cōis.

Et primo ponit caſū cōem et vulgarē ſic dicēs: ponat ꝙ aliq̄ vetula audiat p̄latū ſuū p̄dicantē aliquē articulū hereticalē de q̄ ipa nō tenet h̄re fidē explicitā. Sicut eſſet gr̄a exēpli de iſto articulo. An chr̄s fuerit lanceat⁹ an̄ mortē vl' poſt ꝛ p̄dicet ſibi aſſentiri ꝙ chr̄s an̄ mortē lanceac⁹ fuit. Jſta vetula ꝓpt' obediētiā quā hꝫ ꝛ bonā volūtatē q̄ vult credere quicq̄d eccl'ia credit aſſētit iſti ſic p̄dicāti volūtarie: putās ꝙ eccl'ia h̄ credat. Hoc caſu poſito dico ꝙ iſta vetula ꝑ iſtā fidē erroneā meret: cui⁹ ꝓbatio ē q: aſſentit ex bona volūtate ꝛ errat errore iuincibili q̄ excuſat g̃ meret.

Exemplum de btā ṽgine maria.

¶ Scd̄o legim⁹ Lu.ij.c. ꝙ chr̄s duodecim ān̄oꝝ cū aſcēderet in hieruſalē cū parētib⁹. Et illi ꝯſūmatꝫ dieb⁹ feſtiuitatꝫ redirēt: remāſit in tēplo puer ieſus neſciēte mr̄e in hieruſalē. Jpſa ṽo ꝓcedēs itinere vn⁹ diei eſtimauit eū fuiſſe in comitatu viroꝝ cū ioſeph. Cū aūt ꝯſtaret ꝙ abeſſet q̄ſierūt eū dolētes int' cognatos ꝛ notos: in tertio die regreſſi ſūt in hieruſalē ꝛ inuenerūt eū in tēplo in medio doctoꝝ. Supra iſtā hiſtoriā q̄ro. An btā ṽgo meritorie credidit ipm fuiſſe iter notos ꝛ cognatos vl' nō. Nō licꝫ dicere ꝙ nō: q: credidit. Etiā oīs act⁹ credēdi ꝛ volēdi quē poſt cōceptionē filij habuit fuit meritori⁹: g̃ opꝫ dicere ꝙ meritorie credidit falſū. Nam ꝯſtat ꝙ ſua exiſtimatio fuit falſa.

Exemplū d̄ magdalena.

Tertio magdalena credidit ꝙ chr̄s fuit hortolan⁹: g̃ de chr̄o credidit ꝙ fuit nō de⁹. Et tn̄ ꝓbabile ē ꝙ ipa meruit: ſic credēdo: q: chr̄s voluit eā ſic credere.

De apl'is

Quarto reliq̄ apl'i crediderūt iudā fuiſſe p̄deſtinatū ꝛ dilexerūt eū: g̃ ipi errauerūt ſic credēdo: ꝛ tn̄ ſic errādo meruerūt ꝛ tenebant' ſic credere ſic ptꝫ. Vn̄ etiā de hoīe q̄ eſt occulte malus: boni tenentur credere bene. Et iō credendū eſt ꝙ tenerēt errare ꝛ niſi errarēt ſtante lege q̄ nūc eſt ipſi peccarēt.

De aliīs diſcipulis.

Quīto aliq̄ diſcipuli crediderūt chr̄m eē mortuū poſtq̄ʒ reſurrexerat. q: nō cōſtabat eis de hora reſurrectōis ſue: g̃ tūc crediderūt eū reſurrecturū: ꝛ ꝑ ꝯſequēs crediderūt falſū. Et tn̄ nō dicūt' ideo peccaſſe q: ignorātia fuit inuincibil'.

Multi caſ⁹

Sexto multi caſus occurrūt in q̄bus hō credendo erronee meret. Judex eīm credens teſtib⁹ ꝯtra inocētē de q̄ nihil nouit niſi ꝑ eos meritorie credidit ꝛ iudicat corde ꝛ ore ꝙ eſt occidēdus ꝛ tn̄ errat. Sil'r iudex eccl'iaſtic⁹ credit ꝛ dictat ſm allegata decept⁹ tn̄ ꝙ adultera eſt vxor legitima ꝛ credit viꝝ renuentē eā fore excōicatū. Et de facto eccl'ia talē excōmunicat ꝛ tn̄ errat. Qui errore meritū inducit et in nullo diminuit. Sil'r elemoſynari⁹ dat tyranno credēs eū pauꝑem indigentē. Jtē loth recepit angelos ꝛ credidit eos fuiſſe hoīes hoſpitio indigētes. Sil'r pr̄ putatiu⁹ credit ꝓlē alienā fuiſſe ſuā: ꝛ ideo eā nutrit ꝛ educat ꝛ informat. Sil'r aliq̄s ſe bapṫizatū credit ꝛ nō eſt in rei ṽitate: iſta fides ſibi ſufficit ad ſaluatiōeꝫ.

⁊ tñ erronea eſt. Et parit̄ laicus adorat hoſtiam non ꝯſecratā: q̄ error nl'lo mō p̄t ſibi imputari/ q: implicite credit oppoſitū. Et iō q: fides implicita eſt vera ⁊ ſctā non eſt ibi pctm aliqd̄ d̄ errore. Sic igit̄ pt; ꝙ ille q̄ adorat hoſtiam non ꝯſecra/ tam/ excuſat̄ ab idolatria. ❡ Demū ꝓ ꝯcl'one ſciendū ē ꝙ in iſto p̄mo p̄cepto ꝓhi bet̄ om̄is ſupſtitio: omnis diuinatio: om̄is incantatio: ⁊ ọis vana obſuatio Qui em̄ talia ꝓcurant aut opant̄ non colunt vnū deū: ſ; adorant deos alienos. ſ. dmo/ nes q̄ mendaces ſunt ⁊ alieni ab omni ṽitate. Jō abnegant deū vey: ⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns maculant̄ pctō idolatrie: qd̄ q̄dem eſt oim pctoy maximū. Hinc s. Tho. in. ij. ij. q. xciiij. ar. iij. d̄t ſic: Pctm̄ idolatrie ḡuiſſimū eſt. Sic̄ em̄ interrena republica ḡ/ uiſſimū ee̅ videt̄ ꝙ aliq̄s honorem regiū alteri impēdat q̄ꝫ vey regi: q: q̄ꝫtum in ſe ē totum reipublice ꝑturbat ordinē. Jta in pctis q̄ ꝯ deū cōmittunt̄: grauiſſi/ mū q̄ppe ee̅ videt̄ ꝙ aliq̄s honorē diuinū creature impendat: q: q̄ꝫtum in ſe ē fac̄ aliū deū in mundo minuens p̄ncipatū diuinū. Et ſic itey d̄t ſanctus Tho. ibidē ar. iiij. in r̄nſione ad. j. argumentū. idolatria ē cā initiū ⁊ finis om̄is pcti: q: non ē aliqd̄ genus pcti qd̄ interdū idolatria non ꝓducat vl' expſſe inducendo ꝑ modum cauſe vel occaſionē p̄bendo ꝑ modū initij vel ꝑ modū finis. Hec Tho. ❡ Qui/ cunq̄ ḡ obſuat vota indiſcreta vt portare barbā vel nudat⁹ incedit ad aliquā ec/ cleſiā/ vel vouet nō comedere caput piſc;/ aut alteri⁹ animal'/ vel q̄ vouet ieiuna/ re in die dn̄ica/ vel non pectinare caput/ aut non lauare faciē/ ⁊ hmōi. talia vota ſunt ſtulta ⁊ irr̄onabilia: Jō ꝓhibenda ſunt: ⁊ q̄ animo obſtinato obſuat ea/ pec cat mortal'r: ⁊ offendit in h̄ p̄mo p̄cepto diuine leg;. Nā votū ſm̄ doc. catholicos d; ee̅ de re diſcreta ⁊ r̄onali: iuxta illō Pauli: R̄onabile ſit obſequm̄ vr̄m Vn̄ mgr̄ ſen. in. iiij. lib. diſt. xxxviij. d̄t: Votum ē teſtificatio q̄dā ꝓmiſſionis ſpontanee que deo ⁊ d̄ his q̄ ſunt dei fieri d;: q̄ diffinitio allegat̄ a ſancto Thoma in. ij. ij. q. lxxx/ viij. ar. j. ⁊ itey in. iiij. li. ſent̄. diſt. xxxviij. ❡ Simil'r q̄ faciūt incantationes dmo nū occulte vel manifeſte/ aut diuinationes ad inueniendū furta/ vl' ad ſciendum occulta: ⁊ q̄ obſuant ſomnia ad ſciēdū futura/ aut ill' fidē adhibēt/ aut q̄ arte vtit̄ necromantia/ aut cū ſacrament; vl' reb; ſacramētalib; incantatōes/ diuinatōes/ ſupſtitiōes ꝓcurat vel fac̄ ḡuiſſime peccat. ❡ Etiam q̄ ex ꝯſtellatiōib; vl' ꝯplexi/ onib; corpoy/ vl' ex forma faciei/ vl' ſm̄ lineas manus iudicat aliq̄d determinate peccat mortal'r. ❡ Quicūq̄ etiā colligit herbas flex; genib;/ aut dicendo P̄r nr̄/ aut q̄ comedit folia ſaluie ſcribendo aue maria/ vel nomē chr̄i vt liberet̄ a febri/ bus/ vel q̄ ſoli/ vl' lune/ vl' cuicūq̄ creature reuerētiā ſupſtitioſam exhibet: ḡuiter offendunt in p̄mo p̄cepto. ❡ Simil'r obſuare dies egyptiacos: vel vnam diem mag; q̄ꝫ aliam: fatuitas ē: ⁊ q̄ talia obſuent animo deliberato: peccant mortal'r. Jlli parit̄ q̄ ex garritu auiū: vel vlulatū canū: aut ex occurſu vulpis: leporis: lu/ pi: vel alteri⁹ animal': aut ex effuſione olei: vini: ſal': aq̄: ⁊ hmōi: aut q̄ ex agitatio ne aer;: vel ventoy ſuſpicant̄ ꝑditiōes fieri: aut aliq̄d mali vl' boni euenire: leui/ tas magna ē: ⁊ vt pl'imū tales male finiūt dies ſuos: cū ſint modice vel nulli⁹ fi/ dei. Et idcirco de⁹ oēm diuinationē ⁊ oēm ſupſtitionē ꝓhibet ſub pena mort;: ꝓ/ pter maximā iniuriam: q̄ fit creatori. vñ Deuter. xviij. c. d; ſic: Nō inueniat̄ in te q̄ luſtret filiū ſuū aut filiā ducēs ꝑ ignē: aut q̄ ariolos ſciſcitet̄ aut obſuet ſomnia atq̄ auguria: nꝫ ſit malefic⁹: nec incātator: neq̄ phitones ꝯſulat nec diuios: ⁊ q̄/ rat a mortuis ṽitatē. Hec ibi. S; ꝙ pena mort; ſit talib; dāda: oñdit̄ clare Le/ ui. xx. c. vbi d; ſic: Aia q̄ d̄clinauerit ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit cū eis ponā faciē meā ꝯ eā ⁊ infficiā illā d̄ medio ꝓp̄li mei. Et in fine eiuſdē capl'i d̄r ſic: Vir ſiue mulier in q̄b; phitonicus vl' diuinatiōis fuerit ſp̄us morte moriat̄: lapi/ dib; obruēt eos. Hec ibi. Hinc Aug. ⁊ h̄r. xxvj. q. vij. Nō obſuet; dies q̄ dicunt̄ egyptiaci aut kalēdas ianuarij: q: q̄ haſ ⁊ q̄ſcūq̄ diuinatōes aut fata: aut augu guria obſuat: aut attēdit: aut ꝯſentit obſuātib; iutil'r ſine cā mag; ad ſuā dam/

Margin notes: Quot r q̄n/ ta ꝓhibent̄ in p̄mo p̄cepto — Jdolatria ē pctm̄ ḡuiſſi/ mū: ⁊ q̄re. — Jdolatria ē cā oim pcoy — Vota ſtul/ ta: q̄ ſunt — q̄d ē votum. — Jncantatio ess: diuina/ tiōes ꝓhibēt̄ ⁊ necroman tie

natione q̄ ad ſalute tendit. Siue ꝑ q̄ſdam nūeros lraꝝ ⁊ lune: ⁊ ꝑ pythagoricā necromanciā egrotantiū vitā/vel morte/vel pſpa/vel aduerſa futura inqrūt. Si ue q̄ attendūt ſomnialia ſcpta ⁊ falſa daniel nomine intitulata ⁊ ſortes q̄ dicunt ſctōꝝ aplōꝝ ⁊ auguria auium. Aut aliq̄ ꝑ domo facienda/aut ꝑ ꝯiugia copu landa/aut in collectionib herbaꝝ carmina dicūt/aut pictaciolas ꝑ q̄uis infirmi tate ſcptas ſup hoies: ⁊ aialia ponūt ꝑter ſymbolū ⁊ orōne dn̄icam/aut magicꝫ falſitatib in grādinarijs ⁊ tempeſtatib credūt. Qui aūt talib credūt/ aut ad eo rū domū eūtes/aut ſuis domib introducunt ⁊ infrogant: ſciant ſe fidē chrianaꝫ ⁊ baptiſmū ꝑuaricaſſe ⁊ paganū ⁊ apoſtatā .i. retro abeuntē ⁊ dei inimicū: irā dei grauit in etnū incurriſſe/niſi eccliaſtica pnia emendat deo recōcilief. Hec oia Au gu. ¶ Iteꝝ in caplo ꝑcedenti Augꝫ. dt ſic. Admoneāt fideles ſacerdotes ꝑplos vt nouerint magicas artes/ incantationeſq̄ q̄buſlibꝫ infirmitatib hoim nil re medij poſſe cōferre. Non animalib languentib/claudicantib ve/ vel etiā mori būdis q̄cq̄ mederi: ſed hec eē laq̄os ⁊ inſidias antiq̄ hoſtꝫ: q̄b ille ꝑfid gen hūa nū decipe nitit. Et ſiq̄s hec exercuerit: cleric degradet: laic anathematizet Hec ille. ¶ Ampli ꝯ h̄ ꝑceptū offendūt ꝑuerſi chriani: q̄ colūt iſta inferiora ac bona fallacia/q̄ſi deū. Quib ait Hiero. qđ q̄ſq̄ venerat pl ⁊ amat/ h̄ illi de ē. Et id circo ſupb ⁊ ambitioſus colit honorē/famā/gl'iam/ dignitates/ꝑlaturas/ pom pā mūdi/ventū ⁊ aurā hūani fauoris. Auarus colit auꝝ/argentū/pecunias/ di uitias/rapinas/vſuras/ furta: Cui creſcit amor nūmi: q̄ntū ipa pecunia creſcit/ vt inq̄t Iuuenal. Luxurioſus colit adulteria/fornicationes/laſciuias/ volupta tes carnales: ⁊ breuit libidinoſa mens: non ſolū oēm luxurie notā inſequit: ſꝫ ar denti etiam honeſta ꝑſequit: ⁊ q̄ carnalr diligit/q̄ſi vltimo fini innitit. Guloſus colit comeſationes/ebrietates/lauta ꝯuiuia/delicata cibaria: de q̄b dr ad Phil. iij. c. Quoꝝ de vent ē. Sunt alij q̄ ꝑcipitant diligūt q̄ſdā hoies / aut filios/aut amicos/aut reges/aut ꝑncipes / aut ꝑlatos /vel ꝯſanguineos : ꝑ q̄b non verent oia mala facere. Iſti oēs ſm allegoriā abnegant ꝑmū ꝑceptū/⁊ ſunt idolatre: q̄ cultū dei creaturis exhibere vident. ¶ Sꝫ vt diligenti peccatrix aia ꝯſciam ſuaꝫ diſcutere valeat: Infra ſubiungā .x. ꝑcepta diuine legꝫ pulcre explanata ac diſtin cta ꝑ v̄ſus. Quis v̄o hec carmina ediderit ego neſcio: h̄ vere ſcio q̄ fuit vir in diui nis ſcpturꝫ eruditiſſim/ac ſeclariū lraꝝ nō ignar: q̄ breuit ac dilucide oia ⁊ ſin gula apphendit: q̄ ncaria ſūt ad legitime rememorandū oēs tranſgreſſiōes diuie le gis. Et ſcio q̄ autor eoꝝ antiqu ē et facund ac vir magne autoritatꝫ. Vn̄ ſplē dor ecclie Tho. plerūq̄ hos v̄ſus in ſcptꝫ ſuis ꝑ autoritate adducit: ⁊ ꝑcipue i. iiij lib. ſent. di. v. vbi mouet dubiū: Vtꝝ ille ſolus q̄ accepit rē alicui ad reſtitutiōeꝫ teneat: ibi em̄ allegat duos v̄ſus ſeptimi ꝑcepti/ſic dicēs: Quidā v̄ſus dant d ill q̄ tenent ad reſtitutionem tales.

Iuſſio/conſiliū/ꝯſenſus/palpo/ recurſus.
Participans/mutus/non obſtās/ non manifeſtans. Hec Tho.

¶ Quō etiā iſta duo carmina intelligant: ibidē Thom. pulcre explanat. Idcir co totꝫ reaſſumptꝫ virib ſuadeo vniuerſis q̄ ſcpta nr̄a dignabunt ꝑlegere vt tā ꝑ reuerētia diuie legꝫ q̄ ei q̄ edidit atq̄ ꝑ ncitate ꝑꝑe ſalutꝫ hec carmina/ nō ſolū in ſcptꝫ: ſꝫ in mēoria charo corde retineant Sup ꝑmo ḡ ꝑcepto dt ſic.

Qui colit extra deū vel ſanctos: q̄dq̄ creatū
Articulos fidei negans: ſi ſpemq̄ relinq̄t
Voti tranſgreſſor/vel q̄ mortalia vouit.
Et tardans nimiū/ſpernens implere ꝑmiſſum.
Fine malo vouens/ ac ꝑ ſe vota refringens:
Incantans/ faciens fieri breuia: ⁊ maleſactor
Inuenit atq̄ docens/addiſcens/ medius extans:

Aug d ar te magica d alijs incāta tioib q̄d dt.

Aut orans obſuat ſomnia:ſortib9 vtens:
Blaſphemanſq; deū:q̄ murmurat vel maledicit:
Vel non poſſe refert/ſ3 deſpicit/accipit ipe
Cibans vt faciat mala:prauus p̄terit iſte
Vnum cole deū ſi ſic mortal'r egit.
Hec de p̄mo p̄cepto ſufficiant.

¶De ſcđo p̄cepto diuine leg3

Secūdū p̄ceptū diuīe legis ſcribit᷑ in li.Exod. xx.c.ſic:Nō aſſumes nomē dn̄i dei tui in vanū.Sup q̄ p̄cepto doct.catholici diuerſa ſcribūt.Tu ṽo ad pleniorē intelligētiā nota ſub breuib9 aureā ſniam ſcti Tho.in.ij.ij.q.cxxij.ar.iij.vbi q̄rit:vtꝝ ſcđm p̄ceptū decalogi cōuenient᷑ tradat᷑:Nā dic̄ ꝙ ꝑ iſtō p̄ceptū nō ꝓhibet᷑ q̄libet aſſumptio diuini nois:q2 ipa p̄t mlt̄3 modis laudabil'r aſſumi:vt pt3 in diuis laudib9/orōnib9/bn̄dictionib9:ꝛ aliis cerimoniis eccl'ie tā in p̄dicatiōib9 q̄ꝫ exhortatiōib9.Nec etiā ꝓhibet᷑ i h̄ p̄cepto ois iuratio ꝑ nomē dei:q2 ipa etiā mlt̄3 modis p̄t bn̄ fieri:ſic in nc̄itate ad alic9rei ꝯfirmationē:ꝛ cū cautela debita.iō Hiere.iiij.c.Et iurab:viuit dn̄s i ṽitate ꝛ in iudicio ꝛ i iuſticia:ꝛ bn̄dicēt eū gētes/ipmq; laudabūt.Hec ibi.Tūc eīn fit reuerētia dō.Propt̄ea p̄cipit᷑ Deut.vj.c.ſic:Dn̄m deū tuū timeb:ꝛ illi ſoli ſuies:ꝛ ꝑ nomē illi9 iurab.S3 in iſto p̄cepto ꝓhibet᷑ ꝓp'ie vana aſſumptio diuini nois:vt dt.s.Tho.qn̄.ſ.diuinū nomē aſſumit᷑ ad ꝯfirmatōꝫ hūani ṽbi/ꝑ modu3 iuramēti vani.Pōt tn̄ et ꝯſeq̄nti intelligi ꝙ ꝓhibeat᷑ in h̄ p̄cepto ois inordinata nois diuini aſſumptio.Cū g̊ dr:Nō aſſumes nomē dn̄i dei tui in vanū.nō d̄bes intelligere ꝙ iſtō p̄ceptū ſit ſolū de h̄ noie/de9:ſ3 intellige d̄ oi noie q̄ de9nob ino teſcit/aut hebraice:vt cū dr tetragrammaton/heloim/ſabaoth/adonai/helion. Aut grece cū dicim9/agios/theos/athanatos.Aut latine dicēdo/oipotēs/ redēptor/creator/gubnator/ſaluator.Et iō nota ſm Tho.vbi s̄.in rn̄ſiōe ad.v.argu.ꝙ oib9 noib9 dei maxīa debet᷑ reuerētia ex p̄te rei ſignificate:q̄ ē vna ꝯtinēs oē bonū ꝛ oēm p̄fectionē.Non aūt rōne vocū ſignificātiū q̄ ſūt mlt̄e:ꝛ iō ſingl'ariter ait dn̄s:Nō aſſu.no.dn̄i dei tui in vanū.q2 nō differt ꝑ q̄dcūq; nomē dei:piuriu3 ꝯmittat᷑.Hec Tho.Caue g̊ o pctōr ne aſſumas inuanū nomē creatorꝫ tui:ſ3 mlto poti9aſſumēdū ē ad valde honorādū ac magnificandū:cū ſit magnū ac timendū/ſctm̄ advenerādū/dulce ad meditādū/copioſū ad miſerandū/efficax ad impetrandū/ṽtuoſū ad ſaluādū/ꝛ occultū ad ſciēdū.iō Eſa.xliij.c.dr ſic:Ois q̄ inuo.no.meū:in gl'iam meā creaui eū:formaui eū ꝛ feci eū.ꝛ ad Ro.x.c.Ois q̄cūq; inuo.no.meū:ſal.erit. ¶Cōſeq̄nt᷑ ad maiorē intelligētiā hui9p̄cepti ſcire debes ꝙ tripl'r p̄t expōi.Et p̄mo ſpūal'r referēdo ṽba ad cor:ꝛ ſic corde p̄t nomen dn̄i aſſumi inuanū Sic faciūt p̄uerſi chr̄iani:q̄ tm̄ noie ſine re dicūt᷑ chr̄iani:q2 l3 ſacr̄a eccleſie recipiāt/tn̄ rē ſacri nō h̄nt.ſ.grām.Tales g̊ aſſumūt nomē dn̄i nr̄i ieſu chr̄i inuanū:q2 cū chr̄ian9 dicat᷑ a chr̄o:fruſtra ac vane nomē chr̄ianitat̄3 aſſumere dicunt᷑:ex eo ꝙ fidē chr̄iane religiōis nō h̄nt in corde.d̄ q̄b9 ꝑ Eſa.dr:Hic ṗplus labiis me ho.cor āt eoꝝ lōge ē a me.Hinc Aug.in libello d̄.xij.abuſionū g̊dib9/q̄ liber a q̄buſdā aſcribit᷑ hugoni d̄ ſctō Vict.alij ṽo attribuūt Cypⁱano/ibi em̄ dr ſic Chr̄ian9:nois chr̄i ſilitudinē tenet:morꝝ q̄3 ſilitudinē h̄re d3:iō chr̄ian9nēo recte dr/niſi q̄ chr̄i morib9 coeq̄t᷑ Hec ille.Itēꝝ in li.d̄ doc.chr̄ia.Aug.ita inq̄t:Chr̄iani nomē ille fruſtra ſortit᷑:q̄ chr̄m mime imitat᷑ Quid em̄ ꝓdeſt vocari q̄d nō es:ꝛ nomē vſurpare alienū.S3 ſi chr̄ianū te eē delectat/q̄ chr̄ianitat̄3 ſūt gere:ꝛ merito tibi nomē chr̄iani aſſume.Hec Aug. ¶Scđo iſtō p̄ceptū expōi p̄t l'ral'r referēdo ṽba p̄cepti ad os/cū g̊ dr:Nō aſſu.no.dn̄i d̄i tui iuanū.Intellige ꝙ ꝑ hec ṽba ꝓhibet᷑ nob duo p̄ncipal'r.ſ.piuriū ꝛ iuram̄tū q̄d fit ſine cā.Qui ei iurat ꝓ nihi

Nota bn̄

Aſſumēdu3 eſt nomē d̄i ad magnificandū multiplicit

Explanat᷑ h̄ p̄ceptū p̄mo ſpūal'r

Scđo explanat᷑ hoc p̄ceptū l'ral'r

lo/peccat ḡuiť: qꝛ noiat ſūmā ꝟitatē ſine cā: iō ſcire debes ꝙ ille q̇ iurat veꝝ ſine iud'cio diſcretōis ex aliq̄ ai leuitate: Jn tali iuramēto ñ ē vanitas ex ꝑte ipiꝰ iu//ramēti/qꝛ veꝝ ē: ſꝫ ē vanitas ex ꝑte iurātꝫ. Etiā ille q̇ fac̄ iuramēta ex certa ſcia ſine legitima cā: ꝑcipue q̄ ſonāt q̄ſi blaſphemiā: vt qñ q̇s iurat ꝑ corpꝰ vľ ꝑ ſangui nē đi: ꝛ ſiľia. Aut q̄ ſonāt irreuerētiā: ſic̄ cū q̇s iurat ꝑ vulnera/aut ꝑ plagas xpi: talia iuramēta videnť mortalia/etiāſi veꝝ ē qđ iurať. Et iō ꝟitas ait Mat. v.c. Audiſtꝫ qꝛ dictū ē ātiq̇s: ñ ꝑiurab. Ego āt dico vob nō iurare oino. Nota ꝙ chr̄s in his ꝟbis ꝓpoſuit negatōꝫ ſig̃ vľi affirmatiuo: iō cū đt: nō iurare oino: ſenſus eſt ñ iurare oimode/vľ nō iurare in oi cāu: qꝛ nō dꝫ fieri iuramētū leuiť/ſꝫ cū diſcur//ſu rōnis. Si āt chr̄s dixiſſꝫ: oino ñ iurare: cū ibi negatio ſequať ſignū vľe eēt ſen//ſus ꝙ in nlľo cāu eēt iurādū. Debemꝰ āt cauere a iuramētꝫ ſi volumꝰ in vita ꝑfice re ſpūali. Et rō hꝰ ē ſm ſcm̄ Tho. in opuſcľo đ.x.ꝑceptꝫ: qꝛ in nlľa ꝑte ita fragiles ſumꝰ ſic̄ in lingua. Propterea Jac. iij.c. đꝛ ſic: Oīs eñ natura beſtiaꝝ ꝛ volucꝝ ꝛ ſer pentū ꝛ cetoꝝ domāť ꝛ domita ſťa natura hūana: linguā āt nlľs hoīm domare ꝑt Hec ibi. Nā hō đ leui deierare poſſꝫ. Hinc ꝟitas Mat. v. ait: Sit āt ſmo vr̄ ē ē: nō nō: qđ āt his abūdātiꝰ ē a malo ē. Hec ibi. Eſt eñ iuramētū ſic̄ medicina: vt đt Tho. q̄ nō ſꝑ accipiť niſi in ncītate. Jdcirco Ecci. xxiij.c. đꝛ ſic: Juratiōi ñ aſ//ſueſcat os tuū. mľti eñ caſus in illa. Noiatio ꝟo đi ñ ſit aſſidua in ore tuo: ꝛ noibꝫ ſctōꝝ nō admiſcearꝫ: qm̄ ñ erꝫ imunis ab eis. Hec ibi. Sꝫ nota ſꝫ Tho. vbi .s. ꝙ q̄uis aliqñ iureť ꝑ creaturas: tñ ſciendū ē ꝙ in oibꝫ his ñ iurať niſi ꝑ deū. Cū eñ iuras ꝑ animā vľ ꝑ caput tuū: nil aliđ ē q̄ꝫ animā obligare pene iſligēde a đo Jtē cū iuras ꝑ euāgeliū: etiā iuras ꝑ deū q̇ dedit euāgeliū: ꝛ ſic đ ceterꝫ iuramētis. et iō peccāt ḡuiť q̇ iurāt ꝑ deū đ facili/aut ꝑ euāgeliū. Et breuiť/ q̇cunq̄ dic̄ aliq̇d ꝯ gľiaꝫ đi: aſſumit nomē đi inuanū. ¶ Cōſeq̄nť cū đꝛ: Nō aſſu. no. dñi đi tui inua nū. Jn his ꝟbis ꝓhibeť nob directe ꝑiuriū: ꝛ iō qñ nomē dñi aſſumiť ad ꝯfirmati onē falſitatꝫ: tūc directe aſſumiť inuanū Hinc Zach. viij.c. đꝛ: Juramētū mēdax ne diligas. ꝛ iteꝝ. viij.c. Nō viues: qꝛ mēdaciū locutꝰ es in noīe dñi. Etiā in lege moyſi ꝓhibeť iuramētū falſū. Vñ Deu. v.c. đꝛ ſic: Nō vſurpab no. đi tui fruſtra: qꝛ nō erit impunitꝰ q̇ ſuꝑ re vana nomē eiꝰ aſſūpſerit. Hec ibi. ¶ Nota ḡ ſꝫ Th. in opuſcľo đ.x.ꝑceptꝫ: ꝙ ille q̇ iurat falſū fac̄ iniuriā đo/ſibiipi/ꝛ oibꝫ hoibꝫ. Prio q̇dē fac̄ iniuriā đo: qꝛ cū iurare nil aliđ ſit q̄ꝫ deū teſtē inuocare: iō cū q̇s iurat ni//hil aliđ fac̄/niſi ꝙ inuocat eiꝰ teſtioniū Cū ḡ iuras falſū/aut credis deū neſcire ve rū: ꝛ ſic ponis ig̃rantiā in đo. Cū tñ oia nuda ꝛ apta ſint ocuľ eiꝰ: vt đꝛ ad Heb. iiij.c. Aut credis ꝙ diligat mēdaciū/cū tñ odiat ipm. iuxta illđ Dauid: Perdes oēs q̇ loquūť mē. Aut derogas potētie ſue: q̄ſi ñ poſſit teſtimoniū reddere/vľ q̄ſi nō poſſit đ eo punire ¶ Scđo q̇ iurat falſū/fac̄ iniuriā ſibiipi: qꝛ taľ obligat ſe iu dicio đi: qꝛ nihil ē aliđ dicere ꝑ deū ita ē: niſi ꝙ deꝰ puniat me ſi ita ñ ē. ¶ Tertio q̇ iurat falſū/iniuriať oibꝫ hoibꝫ: qꝛ nlľa inť aliq̄s ſocietas durare ꝑt/niſi credāt ſi bi inuicē: dubia eñ iuramētꝫ ꝯfirmāť Vñ pau. ad Heb. vj.c. ait: Oīs ꝯtrouerſie finis ad ꝯfirmatōꝫ ē iuramētū. Et ſic ꝑꝫ ꝙ q̇ iurat falſū/iniuriať deo: ꝛ ē crudeľ ſibi: ꝛ noxiꝰ ē hoibꝫ. ¶ Tertio iſtđ ꝑceptū exponiť ꝑncipaľr referēdo illud ad oꝑa ꝟitatꝫ. Cū eñ oꝑamur ea q̄ gľiam đi māifeſtāt: tūc adimplemꝰ h̄ ꝑceptū: iuxta illđ Mat. v.c. Sic lu. lux vr̄a corā ho. vt videāt oꝑa vr̄a bona: ꝛ gľificēt p̄rem vr̄m q̇ in ceľ ē. Cōtrariū faciūt q̇dā đ q̇bꝫ Pau. ad Ro. ij.c. ait: Nomē đi ꝑ vos blaſphe. inť gētes. Tales ſunt hypocrite q̇ aſſumūt nomē ſctitatꝫ in ſimľatōe opis exteri//oris/nō in puritate cordis. Jō nomē chr̄i inuanū aſſumūt: qꝛ vt đꝛ Mat. vj. re//ceperūt mercedē ſuā. Hinc Pau. ad Coľ. iij.c. ait: Oē q̇đcūq̄ facitꝫ/ in ꝟbo/aut in oꝑe: oia in no. dñi nr̄i ieſu chr̄i fa. gr̄as agētes đo ꝛ p̄ri ꝑ ipm. hec ibi. Et ſic ꝑꝫ đ ſcđo ꝑcepto. Sꝫ qꝛ mľtis variiſq̄ modis labunť hoies ad iuramēta vana ꝛ ꝑiu ria. Jō vt magꝫ ac magꝫ ꝯſciam tuā purgare atq̄ diſcutere valeas obſua cautiꝰ

Tertio iſtđ ꝑceptum ex//poniť referē do ad oꝑa ꝟi tatꝫ

omnia ⁊ ſinglã q̄ explicant̃ p̱ autorē incognitum in explanatione huius precepti.
Vn̄ dicit ſic
¶ Qui cantans/fabulans/trufans/vel turpia dicens.
Deſpiciendo deū: nominat ſanctos: ſacra ſpernens
Judicio iurans: mendax inductor ad illud
Periurans: dubiū iurans: mortalia iurans:
Jurans cūq̧ tn̄ nolit ſuare p̄miſſum.
Per crucem/ atq̧ fidem/ ſanctos/ animāq̧/ deūq̧.
Adiurans/ dicens mendaciũ/ atq̧ iocoſe.
Et p̱ membra dei/ ſanctoꝝ euangelioꝝ.
Jnducens falſum: iurantē q̄ſq̧ ſcient̃.
Aduertēs frangit: ne iuret vana p̱ ip̄m.

¶ De tertio p̄cepto diuine leg̃.

Quãuis altitudo diuie ſapie in oı̄bus creatu-ris ⁊ opib⁹ ſuis reluceat: Potiſſime tn̄ oñdit̃ in mirabili ordinatione p̄ceptoꝝ decalogi Jō ẜm Tho. in. ij. ij. q. cxxij. ar. iiij. ⁊ iteꝝ in opuſcl̄o d. x. p̄cept̃: vt hoīes in cultu ṽe religionis inſtruerent̃: dedit dn̄s. x. p̄cepta moyſi in duab⁹ tabul̃ lapideis ſcp̄ta: q̄ꝝ tria p̄ma p̄me tabl̃e ptinēt ad amorē ⁊ dilectionē dei. Et q̄ neceſſe ē vt pfecte diligam⁹ dn̄m deū nr̄m corde/ ore/ ⁊ ope. Jdcirco vt eū corde pfecte diligere valeam⁹: ordinat̃ p̄mū p̄ceptū in q̄ p̄hibet̃ cult⁹ falſoꝝ deoꝝ/ cū d̄r: Non habeb̄ deos alienos corā me. ¶ Sc̄do neceſſe ē vt diligam⁹ deum ore: ⁊ q̄ ad h̄ dat̃ ſc̄dm p̄ceptū. ſ. Nō aſſu. no. dn̄i dī tui iuanū. ¶ Tertio tenemur deū diligere/ nō tm̄ ṽbo aut lingua: ſʒ ope ⁊ ṽitate: ⁊ ꝓpt̃ h̄ ordinatū ē tertiū p̄ceptū: qd̄ q̄dē ſcribit̃ Exo. xx. c. ſic: Memēto vt diē ſabbi ſanctifices. Dicūt aūt illa ſctificari in lege q̄ diuio cultui applicant̃. Cū ḡ in ſabbo iubeat dn̄s vt hō vacet reb⁹ diuis: iō ſctificari d̄r. Sʒ q̄ ſabbm̄ interp̄tat̃ reqes: iō q̄lib; dies dn̄ica p̄t dici dies ſabbi: ⁊ ſil̄r q̄lib; dies ſtatuta ad venerationē diuinā: in q̄b⁹ ceſſandū eſt ab opib⁹ ſuilib⁹: vt. ĩ. dicem⁹. Hinc Hiero. in ſer. d̄ die dn̄ice reſurrectiōis/ ita inq̄t: Aſtra oīa ⁊ elemēta letant̃: ⁊ q̄ patiente dn̄o ꝓpriū lumē retraxerant ⁊ fugerāt ⁊ noluerant ſuū creatorē aſpicere crucifixū: Nūc victorem illū ⁊ ab inferis reſurgentē ſuo ſi dici p̄t fulgore: ⁊ ſuo ꝓſequūt̃ offo̅. et iteꝝ ibidē ſubiūgit Hier̄. ſic: quō maria ṽgo mr̄ dn̄i int̃ oēs mlieres p̄ncipatū tenet: ita int̃ ceťos dies hec oīm dierū mr̄ ē. Hec Hiero. Nota ḡ p̱ recreatōe languent̃ aie ꝙ iſtd̄ tertiū p̄ceptū diuine leg̃ p̄t exponi q̄ttuor modis. ¶ Primo ẜm ſenſū lr̄alē. Eſt em̄ ſenſus lr̄al̃ ẜm ſcm̄ Tho. in. ĩ. pte. q. ĩ. ar. x. fundamentū alioꝝ ſenſuū. ex q̄ ſolo p̄t trahi argumentū: nō aūt ex his q̄ ẜm allegoriā dicunt̃: vt d̄t Aug. in ep̄la ꝯ Vincē. donatiſtam. Sic igit̃ ẜm ſenſum lr̄alē dies ſabbi p̄cipit̃ ſctificari: ad rep̄ntandū op⁹ creatiōis mūdi: a q̄ reqeuiſſe d̄r de⁹ ſeptima die. Jn cui⁹ ſignū dies ſeptima mādat̃ ſctificāda. i. d̄putāda ad vacādū d̄o. Et iō i li. Exo. xx. c. deſcribit̃ p̄mo p̄ceptū d̄ ſctificatione ſabbi/ cū d̄r: Memēto vt diē ſabbi ſanctifices. dinde aſſig̃t rō/ cū ſubiūgitur ſic: Sex em̄ dieb⁹ fec̄ de⁹ celū ⁊ t̃rā/ mare ⁊ oīa q̄ in eis ſt̃: ⁊ reqeuit in die ſeptio. Hec ibi. Et ſic d̄t ſ. Tho. in opuſcl̄o d̄. x. p̄cept̃. p̄uidit ſp̄ūſſctūs ꝙ futuri erant aliq̄ p̄hi ſiue heretici q̄ eēnt dicturi mūdū ſp̱ fuiſſe. Et idcirco voluit de⁹ vt cuſtodiret̃ vnus dies hebdomade in mēoriā ꝙ de⁹ oīa creauerat in ſex dieb⁹: ⁊ i ſeptima die reqeuit. i. ceſſauit a nouis creatur̃ ꝯdendis. Vn̄ Exo. xx. c. d̄r: Sex dieb⁹ op̱aber̃ oīa op̱a tua. Septio āt die ſabbm̄ dn̄i dei tui eſt. Nota h̄ ꝙ iudei in memoriā p̄me creationis: q̄n. ſ. creauit de⁹ celū ⁊ terrā ⁊ oīa q̄ in eis ſt̃ celebrabāt ſabbatū. Sʒ veniens chr̄s in carnē fecit nouā creationē. ⁊ iō p̱ p̄mā creationē hō terrenus creatus eſt: per ſecundam homo celeſtis effect⁹ eſt. Vn̄ Paulus ad Gal̃.

Jſtd̄ p̄ceptū expoīt q̄ttuor modis

Nota d̄ ſenſu lr̄ali.

vj.c.alt. In chrõ ieſu neqȝ circũciſio aliqd valet neqȝ ꝑputiũ:ſed noua creatura. Que qdē creatura incepit in reſurrectiōe chri:vt dicem⁹. ¶ Scđo iſtud ꝑceptũ pōt exponi ſm intellectũ myſticũ vł ſpũalē. Nã ſabbatũ interptaẜ qes:ꝛ ſic ſpũalr ſcat ceſſationē ab actu pcti ꝛ qetē mentȝ in deo. Ut aũt puriꝰ quieti cũ deo ſtare valeam⁹a trib⁹ cauere debem⁹:ꝑut colligiẜ ex dictȝ beati Tho.in.ij.ij.q.cxxij.ar.iiij.in reſpōſione ad.iij.arg. Et iterũ in opuſculo de decē ꝑceptis. ¶ Primo debemus cauere opus pcti. Et q̃uis pctm̃ oi tpe ꝓhibeaẜ magis tñ in die ſabbati: qꝛ opus pcti eſt magȝ ſuile q̃ qđcũqȝ opus corꝑale q̃uis licitũ. Nõ em̃ magȝ impediẜ a reb⁹ diuinis ꝑ opus pcti q̃ ꝑ opus corꝑale:intellige hoc đ pctõ mortali: de q̃ diciẜ Joã.viij.c. Qui facit pctm̃ ſeru⁹ eſt pcti. Nam q̃ facit pctm̃ veniale in ſabbato nõ facit ꝯ hoc ꝑceptũ:qꝛ veniale pctm̃ nõ tollit gratiã:ſed q̃ peccat mortaliẜ i die feſto facit duo mala ꝯtra h̃ preceptũ: qꝛ offēdit deũ ꝛ operãdo ꝛ peccãdo. Qui em̃ fornicaẜ in die feſto facit ꝯ duo ꝑcepta.ſ. nõ mechaberȝ: ꝛ ꝯ iſtud de ſctificatōe ſabbati.hinc Aug.in li.de decē chordis ita inqt. Meli⁹ faceret iude⁹ in agro ſuo aliqd vtile q̃ ſi in theatro ſeditioſus exiret. Et meli⁹ femine eoꝝ die ſabbati lanam facerēt q̃ ꝙ tota die i neomenijs ſuis ĩpudice ſaltarēt. hec Aug. ¶ Scđo debem⁹ i ſabbato cauere ociũꝛ negligētiã:qꝛ vt đꝛ Eccł.xxxiij.c. Multã maliciã docuit ocioſitas. Et hiero.ad ruſticũ monachũ in eplã q̃ incipit. Nil a chriano felici⁹ dicit ſic:fac aliqd operȝ vt te ſꝑ diabol⁹ iueniat occupatũ. Et iõ debem⁹ occupari dieb⁹ feſtiuis in opib⁹ ſpũalib⁹:qꝛ vt đt ſãctus Tho. in.ij.ij.q.c.xxij.ar.iiij. in rñſione ad.iij.arg. Nulli⁹ ſpũalis act⁹ exercitiũ eſt ꝯ obſuationē ſabbati:puta ſi qs doceat ꝟbo vł ſcꝑto:vł baptizet:vł oret ꝛ hmõi. ¶ Nota g̃ ad maiorē intelligētiã qđ legim⁹ in li.Nũeri.xxviij.c.q̃liter dixit dñs ad moyſen vt ꝑciꝑet filijs iſrael:q̃ten⁹ q̃libet die offerrēt vnũ agnũ maneꝛ vnũ aliũ veſꝑe. Sȝ i die ſabbati ꝑcepit vt duplicarēt ſacrificiũ.ſ.vt offerrēt duos agnos imaculatos: ſic pariẜ alia q̃ offerebãẜ i ſacrificio duplicabãẜ i ſabbato. vt đꝛ ibidē. Sed qꝛ ſtatus ille iudaice legȝ erat tot⁹ figuralꝭ legis grē. Ideo nos chriani:quoꝝ iuſticia dȝ eſſe ꝑfectior:in hac figura admonemur:vt in dieb⁹ feſtiuis velim⁹ offerre maiora. Et ꝑmo debem⁹ offerre cor noſtrũ ꝛ aĩam nrãm dolēdo de pctis:qꝛ tale ſacrificiũ: eſt nobiliſſimũ ꝛ inter oĩa deo g̃tiſſimũ:de q̃ Dauid in pſal.l.ait. Cor cõtritũ ꝛ humiliatũ de⁹ nõ deſpicies. Etiã debem⁹ offerre ſacrificiũ orõnis ꝛ deuotionis.de q̃ Dauid in pſal. Dirigaẜ orõ mea ſic incēſum in cõſpectu tuo. Nã đt ſctũs Tho. in opuſculo de decē ꝑceptis:ꝙ ideo fact⁹ eſt dies feſtus ad habendũ ſpũalē leticiã quã facit deuota orõ. Ideo in die feſto debem⁹ mł tiplicare preces cōtēplationes ꝛ alia ſpũalia exercitia audiēdo miſſas:diuina officia:ꝑdicationes:ſtudia:ꝛ lectōes ſacre ſcꝑture:qꝛ q̃ ē ex deo ꝟba đi audit. Jo.viij.c. ¶ Tertio debem⁹ cauere oꝑa corꝑalia. Uñ hiere.xvij.c.đꝛ. Sctificabis ſabbatũ vt non facias opus ſuile. Et Leuiti. xxiij.c. Oĩe opus ſuile nõ facietȝ in eo. Dicunẜ aũt oꝑa ſuilia:oꝑa mechanica:agricultura:mercatũ:pctã:ꝛ oĩe opus ĩpediens vacationē diuinã. Sȝ ſciēdũ eſt ſm Tho.vbi ſuꝑ ꝙ oꝑa corꝑalia pñt fieri in ſabbato ꝓpẜ q̃ttuor. Primo ꝓpẜ neceſſitatē:vñ dñs excuſauit diſciplos euellētes ſpicas in ſabbato:dicēs ꝯ phariſeos. Nõ legiſtȝ qđ fecerit dauid qñ eſurijt:ꝛ q̃ cũ eo erãt:q̃õ itrauit in domũ dei ꝛ panes ꝓpoſitõis comedit: q̃s nõ licebat ei edere: neqȝ his qui cũ eo erãt niſi ſolꝭ ſacerdotib⁹. Mat.xij.c. Scđo ꝓpẜ eccłie vtilitatē. Uñ đꝛ Mat.xij.ꝙ ſacerdotes faciebãt oĩa nc̃aria in tēplo in die ſabbati. Tertio ꝓpẜ ꝓximi vtilitatē vñ dñs curauit in die ſabbati hñtē manũ aridã ꝛ ꝯfutauit iudeos rephēdētes eũ dãdo exēplũ đ oue dicēs. Mat.xij.c. Quis erit ex vob hõ q̃ hēat ouē vnãꝛ ſi ceciderit hec ſabbatȝ i foueã nõne tenebitꝛ leuabit eã: q̃tomagȝ melior ē hõ oue:hec ibi. Quarto ꝓpẜ ſuꝑiorȝ auctoritatē:vñ dñs ꝑcepit iudeis vt circũciderēt i die ſabbi. Et ſic pȝ expoſitõ ſȝ itellc̃m myſticũ ¶ Tertõ iſtđ ꝑceptũ

Scđo explanaẜ iſtud ꝑceptũ ſm intellectũ myſticum.

Debemus caueꝛ a trib⁹ Primum.

Scđm.

Nota

Tertium

Opera corꝑalia poſſũt fieri in die feſto q̃ttuor rationibus.

Tertio exponitur allegorice.

pōt exponi allegorice. Dicit̄ aūt ſenſus allegoric⁹ ab alleon grece qd̄ eſt alienū ⁊ gore ſnia: q̄ſi aliena ſnia. Et iō qñ dicta vł facta ſacre ſcṗture exponūt̄ de xp̄o dr̄ ſenſus allegoric⁹. Vñ apl̄s ad Gala. iiij. c. expones aliq̄ facta abrahe dt̄: q̄ ſunt ꝑ allegoriā dicta. Sic igit̄ allegorice loquendo iſtud p̄ceptū explanari pōt de xp̄o. Et ſic ſabbatū fuit figura q̄etis xp̄i i ſepulchro q̄ fuit ſeptia die. Voluit ḡ de⁹ ſabbatū obſuari vt ſic ſacrificia ſignificabant mortē xp̄i: Jta q̄es ſabbati figurabat requiē corꝑis xp̄i in ſepulchro. Quod q̄d̄ē dr̄ q̄euiſſe a corruptōe. vñ dauid in pſ̄. ait. Caro mea req̄eſcet i ſpe. Et iteꝝ dauid. Nec dabis ſctm̄ tuū videre corruptionē. Sed nos xp̄iani talia ſacrificia q̄ erāt figuralia non ſuam⁹: q̄ adueniēte re ⁊ ṽitate dȝ ceſſare figura: ſic adueniēte ſole ceſſat vmbra. Chr̄s ē ſol iuſticie: vmbra ſunt oia figuralia vetuſte leg̃. Et iō nota ꝙ totū tp̄s qd̄ decurſū eſt ab adā vſq̄ ad diē reſurrectiōis chr̄i dr̄ tp̄s tenebroſū ⁊ obſcurū q̄ erat totū figurale: de q̄ dr̄ ꝑ Eſa. ix. c. Popul⁹ q̄ ambulabat i tenebr̃ vidit lucē magnā: habitātib̄ in regiōe vmbre mort̃ lux orta ē eis. ⁊ paul⁹ ad Ro. xiij. c. Nox p̄ceſſit dies aūt appꝓpiquauit. Abijciam⁹ ḡ oꝑa tenebraꝝ ⁊ iduamur arma luc̃: ſic vt in die honeſte ābulem⁹. Ceſſauit ḡ tp̄s illō figurale ⁊ obſcurū i ſabbato paſche qñ chr̄s req̄euit i ſepulchro. Significabat em̄ illa q̄es ꝙ ceſſaret ⁊ ſabbatū p̄ſente ṽitate: eo ꝙ immediate debebat trāſferri in diē ſeq̄ntē q̄ fuit dies dñica. vñ Paul⁹ ad Ro. vj. c. ait. Q̄ūo chr̄s ſurrexit a mortuis ꝑ gl̄iā p̄ris ita ⁊ nos in nouitate vite ābulem⁹. Si em̄ cōplātati facti ſum⁹ ſilitudini mort̃ ei⁹: ſil' ⁊ reſurrectiōis erim⁹. hec paulus. Et q̄ reſurrectio facta eſt in dñica die iō celebram⁹ illū diē ſic celebrāt iudei ſabbatū ꝓpt̄ p̄mā creationē. Hinc diu⁹ hiero. in ſmone de die dñice reſurrectōis: ſmo incipit. Nequeo fr̄es chariſſimi: dt̄ ſic. Quid mihi nccē eſt ifinita replicare. Dies me deficiet ſi voluero oē diei iſti⁹ exponere ſacramētū. Hoc tm̄ dico ꝙ vniuerſa ſabbati gr̄a ⁊ antiq̄ illa feſtiuitas ppl̄i iudeoꝝ diei iſti⁹ ſolēnitate mutata eſt. Jlli in ſabbato nō faciebāt op⁹ ſuile: nos in die dñica. hec Hiero. Et ita pȝ explanatio allegorica. ¶ Quarto exponit̄ iſtō p̄ceptū ſm ſenſū anagogicū. Eſt aūt h̄ nomē grecū. Nā dr̄ anagogic⁹ ab ana qd̄ eſt ſurſū ⁊ goge ductio: q̄ſi ſurſum ductio. Et iō qñ dicta aut facta i ſcṗtur̃ ſctis exponūt̄ de his q̄ ſūt in eterna gl̄ia dr̄ ſenſus anagogic⁹. Et ſic p̄ceptū iſtud figurat illā eternā quietē fruitiōis dei q̄ erit i patria. Et idcirco nota ſm Tho. in opuſcl̄o de decē p̄cept̃: ꝙ aia nr̄a añq̄ ꝑueniat ad illā eternā quietē optet vt p̄cedāt in nob̄ tres q̄etes. Primo dȝ q̄eſcere aia ab inq̄etudine pc̄ti. Quia pctm̄ hȝ in ſe quādā inq̄etudinē ꝓpt̄ quā aia q̄ eſt in pctō nūq̄ pōt q̄etari ⁊ ꝓpterea dt̄ ſene. ꝙ ꝯſciētia rea ſp̄ in pena eſt. Jteꝝ Seneca in li. de morib̄ ait. Cōſciētiā mag̃ q̄ famā intēde. falli nāq̄ poter̃ fama: cōſciētia ṽo nūq̄. Et in li. de ꝓuidētia inq̄t. Propriū magni viri eſt ſp̄ aio eſſe felicē ⁊ ſine morſu ꝯſciētie trāſire vitā. Hinc Jſaias. lvij. c. dt̄ ſic. Cor ipij q̄ſi mare feruēs qd̄ q̄eſcere nō pōt. Scd̄o dȝ q̄eſcere a paſſionib̄ carnis q̄ diſtrahūt hoieſ ab omi bono: q̄ vt ait paul⁹ ad galat. v. c. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpūs aūt aduerſus carnē. Et breuit̄ luxuria teſte Hugōe eſt imoderata carnis petulātia: dulce venenū iportuna lues: ꝑnicioſa potio: q̄ hūanū corp⁹ debilitat ⁊ virilis ani robur eneruat. Tertio dȝ aia nr̄a q̄eſcere ab occupationib̄ hui⁹ mūdi: q̄ impoſſibile eſt deū ⁊ mūdū diligere: ſicut impoſſibile eſt duob̄ dñis ſuire: deo ⁊ diabolo: luci ⁊ tenebr̃: ſupbie ⁊ hūilitati. vicio ⁊ ṽtuti: bono ⁊ malo. Et iō q̄to magis ab amore terrenoꝝ aim⁹ nr̄ elongat̄ tāto mag̃ firmat̄ in deo. Vñ aug. in li. lxxxiij. q̄ſtionū ait. Charitat̃ venenū eſt ſpes adipiſcēdoꝝ aut retinēdoꝝ tēporaliū. Propterea ſcti oia dimiſerūt vt q̄eſcerēt in et̄na pace. hinc Dauid. Hec req̄es mea i ſeculū ſecl̄i hic habitabo qm̄ elegi eā. Ex dict̃ pȝ ꝙ iſtud p̄ceptū de ſctificatiōe ſabbati eſt ꝑtim morale ⁊ ꝑtim cerimoniale. Si em̄ ꝯſiderer̄ rōne ſignificatōis eſt cerimoniale. Si aūt cōſideret̄ rōne ṽtuoſi oper̃ eſt morale. Pōt etiam

Quarto iſtud p̄ceptū explanat anagogice.

Tres q̄etes

Prima.

Scd̄a q̄es

Tertia q̄es.

dicit pceptū naturale: ex eo ꝙ naturalr inclinatio eſt homini ad vacādū reb⁹ diuinis in aliquo tpe. Dicit etiā pceptū generale, put figurat quietē fruitionis dei q̄ erit in patria. Si aūt vis diligēti⁹ rememorare q̄t modis offēdit de⁹. In hoc p̄cepto recogita explanationē hui⁹ p̄cepti q̄ dat ab auctore mihi incognito ſic.

¶ Qui non confeſſus: dimittens ꝛ ſacramentum.
In feſtis miſſam ſine culpa: inductor ad illud.
Qui manuale facit: vendens: emens non edenda.
Jeiunium frangit: qui tertia comedit hora.
Impletum in feſto peccatum: grauius extat.
Aſſumēs chriſma: ſacramentū: vel mulierem.
Si peccator erat mortale fune ligatus.
Eccleſie vetito: qui ꝯtradicit tempore ſacro.
Chorizans: ludens veneri mortaliter egit.
Sabbata ſanctifices: violat reus atq; ſuperbus.
Hec de tertio precepto diuine legis dicta ſufficiant.

¶ De quarto precepto diuine legis.

Poſt tria precepta prime tabule q̄ ordinant nos ad dilectionē dei. Supeſt vt videam⁹ de alijs ſeptē p̄ceptis q̄ in ſecūda tabula fuerūt deſcpta ꝛ ordinata ad dilectionē p̄ximi. Sic em̄ ſūt duo gn̄alia p̄cepta dilectionis ſcȝ dei ꝛ p̄ximi: ita in duabus tabul' hmōi p̄cepta ſūt diſtincta. Vn̄ ſctūs Tho. in. ij. ij. q. cxxij. ar. v. vbi q̄rit vtrū cōuenienter tradat quartū p̄ceptū de honoratōe parentū: dicit ſic. Precepta decalogi ordināt ad dilectionē dei ꝛ p̄ximi: iter p̄ximos aūt maxie obligamur parētib⁹ Et ideo imediate poſt p̄cepta ordinātia nos in deū ponit p̄ceptum ordinās nos ad parētes q̄ ſunt p̄ticulare principiū noſtri eſſe ſic de⁹ eſt vniuerſale principiū. ꝛ ſic eſt quedā affinitas hui⁹ p̄cepti ad p̄cepta prime tabule. hec Tho. ¶ Primū ḡ p̄ceptū. ij. tabule qd̄ eſt quartū in ordine toti⁹ decalogi: deſcribit in li. Exodi. xx. c. ſic. Honora patrē tuū ꝛ matrē tuā vt ſis lōgeuus ſup terrā quā dn̄s de⁹ tu⁹ dabit tibi. Sup q̄ precepto notare debes: ꝙ nulli alioꝝ p̄ceptoꝝ adiungit p̄miſſio lōgioris vite niſi tm̄ huic p̄cepto. Sed quare? Quia certe dignū eſt vt cōſeruator aliene vite: mereat cōſeruatōeȝ vite p̄prie. Qui em̄ recognoſcit bn̄ficiū vite naturalr quā hȝ a parentib⁹ efficit dignus nō ſolū vita naturali ſed vita grē q̄ eſt maior: ꝛ p ꝯſequēs vita glīe q̄ eſt maxia. Sic p oppoſitū de his q̄ inhonorāt parētes ſuos: iuſto dei iudicio inhonorāt hac triplici vita. ¶ Sed cōtra. Videt ꝙ p̄miſſio lōgioris vite q̄ addit huic p̄cepto: ſit incōueniens ꝛ deceptoria. Nam cōtingit qn̄q; imo experiētia hoc docet: ꝙ plures q̄ honorāt parētes ſuos citi⁹ moriunt. Et ecōuerſo multi q̄ vbo ꝛ facto offendūt parētes diutius ꝯſeruant in p̄ſenti vita. Et ſic videt talis p̄miſſio incōueniēs. Huic obiectioni rn̄deo ſm tho. in. ij. ij. q. cxxij. ar. v. in reſpōſione ad. iiij. ar. Et iteꝝ in opuſculo. de decē p̄ceptis: Vbi dt ꝙ lōgeuitas p̄mittit honorātib⁹ parētes nō ſolū q̄tū ad futurā vitā: ſed etiā q̄tū ad p̄ſentē: ꝛ hoc rōnabilit: q2 ille q̄ ḡtus eſt bn̄ficio meret ſm quādā cōgruentiā vt ſibi bn̄ficiū ꝯſeruet: ſed p̄pt ingr̄titudinē meret q̄s bn̄ficiū p̄dere. Et q2 bn̄ficiū vite corpalis poſt deū habem⁹ a parētib⁹: ideo ille q̄ honorat parētes ſuos tāq; grat⁹ meret vite ꝯſuationē. Qui vo ihonorat parētes tāq; igrat⁹ meret vita p̄uari. Sed q2 p̄ſētia bōa vl' mala nō cadūt ſub merito vl' demerito: niſi inq̄tū ordināt ad futurā remunerationē. Ideo qn̄q; ſm occultā rōnē diuinoꝝ iudicioꝝ q̄ maxie futurā remūeratōeȝ reſpiciūt aliq filij q̄ ſūt pij i parētes citi⁹ vita p̄uāt. Alij vo q̄ ſt ipij i parētes diuti⁹ viuūt: Sȝ nota ꝙ p̄pe dr vita lōga qn̄ ē plēa v̄tutib⁹ ꝛ q̄ n̄ mēſurat tpe ſȝ actōe ſm ph. Et iō v̄tuoſ⁹ ꝛ ſcūs diu viuit q̄uiſ cito moriat corpalr. Vn̄ ſap. iiij. c. dr. ꝯſūmat⁹ i breui expleuit tpa ſua: placita ei erat deo aia

Nulli preceptoꝝ p̄mittit vita lōga niſi huic.

Quare boni filij aliq̄n citi⁹ moriūt.

ſlli⁹. vere optie mercaꝛ ille q̇ tātū opaꝛ vna die q̄ꝫtū ali⁹ in vno āno. Etiā recorda
ri te volo ꝙ qn̄qꝫ accidit vt vita lōgioꝛ cā ſit mortꝭ corpalꝭ ꝛ ſpūalis: ſic̄ accidit iu-
de: herodi: Antiocho: decio: qnciano: daciano atqꝫ aliꝭs tyrānis ac peſſimis virꝭ
q̇bꝫ meli⁹ fuiſſet vt in vtero mr̄is eſſent ſuffocati: ꝛ ita pꝫ reſpōſio ad q̄ſtionē. ſcilꝫ
ꝙ pmiſſio lōgioꝛis vite ꝯueniēꝛ addiꝛ huic p̄cepto. ¶ His igiꝛ ſic p̄libatꝭ ad ma-
ioꝛē euidētiā h⁹ p̄cepti moueꝛ pl̄a dubia. Et p̄mo ſup illo v̄bo. honoꝛa pr̄eꝫ tuū talꝛ
moueꝛ q̄ō. Cū multi dicanꝛ pr̄es diuerſ rōibꝫ. Quia dꝛ paꝛ carnalis. Pr̄ digni- Pr̄es ſunt
tatꝭ. Pr̄ ptātis. Pater etatꝭ. Pr̄ tuitionis vel cure. Jdeo q̄riꝛ vtrū oēs iſti pr̄es mlti
ex vi hui⁹ p̄cepti ſint diligēdi ac honoꝛandi. Huic q̄oni rn̄deo ſm Tho. in. ij. ij. q.
cxxij. arꝛ. v. Et iteꝝ in opuſculo de. x. p̄ceptꝭ vbi dicit ꝙ oēs iſti pr̄es ex vi hui⁹ p̄-
ↄtinentia deo ſacrata: violatur: vt in religioſis vel monialibus. Uel cum patribus ſpūalibus vt confeſſoribus vel cōmatribus. Quinta ſpecies dicitur raptus qui fit per violentiam mulieri: vel contra voluntatē parentum. Sexta dicitur adulterium quando quis alienum violat thoꝝ: vt dictum eſt. ¶ Sed queritur quis grauius peccat fornicando vel adulterando: vtrum vir an mulier. Pro reſponſione huius dubij conſiderandum eſt ꝙ licet inueniantur alique mulieres generoſe audaces: viriles ſine aliquo pauore deum cordialiter amantes ac timētes: Tamen ꝓprie loquendo mulieres habent naturaliter animū mollem: flexibilem: timidum: ac vilem. Nec in eis eſt ſufficiens robur mentis: Propterea dicit philoſophus in. xix. lib. ꝺ animalibus. ꝙ femina eſt maſculus occaſionatus. Natura enim intendebat facere maſculum: ſed ex defectu virtutis formatiue in femine non potuit perducere materiam concepti ad perfectionem virilem. ideo ſanctus Thom. in. iiij. lib. ſententiaꝝ diſt. xliiij. vbi mouet dubium vtrū omnes reſurgent in ſexu virili. In reſponſione ad. ij. argu. dicit: ꝙ mulier ſubditur viro ꝓpter imbecillitatem nature q̄ntum ad vigorem animi ⁊ q̄ntum ad robur corporꝭ Et propter hoc ſm Auguſtinū de adulterinis coniugijs. Uir eſt fortior ad reſiſtendum ↄcupiſcentie: quia habet rationem magis vigoroſam q̄ mulier. tū etiā quia mulier eſt ſibi ad regendū cōmiſſa. Idcirco vir directe ⁊ per ſe grauius peccat q̄ mulier: ⁊ q̄uis vtriuſq̄ fornicatio tam viri q̄ femie: ſit mortale. Et notāter dicit ꝙ vir directe ⁊ ꝑ ſe peccat grauius: q꞉ ꝑ accidens execrabilior eſt mulieris fornicatio: ⁊ grauius adulterium eius iudicat ꝓpter multa ſcandala ⁊ dāna ac turpia que ex ea ſequi poſſunt: vt ꝓlis occiſio: filioꝝ exheredatio: impedimentum ↄceptus: ꝓcuratio aborſus: prolis vilificatio. Uñ Sap. iij. ca. dr. Filij adulteroꝝ in ↄſūmatione erunt: ⁊ ab iniquo thoro ſemen exterminabit. Et ſi quidem longe vite erunt in nihilum computabunt: ⁊ ſine honore erit nouiſſima ſenectus illoꝝ. Hec ibi. Intelligenda ſunt hec verba de tali generatione q̄ eſt imitatrix ſceleꝝ paternoꝝ: vt exponit Robertus Holkot. Hinc Eccl. ix. ca. dr ſic. Omnis mulier que eſt fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabitur. Et breuit mulier mechans eſt ſacrilega: proditrix: ⁊ furatrix. teſte beato Thoma i. iiij. opuſculo vbi agit de decem preceptis. Ex dictis itaq̄ patꝫ reſolutio queſtionis. Sꝫ pro complemento huis precepti videamus aurea carmina auctoris incogniti: incognitum dico facie et nomine: ſed meritis ac virtute notiſſimū ⁊ clariſſimū.

Adulterando an vir vt vxor grauius peccat.

¶ Quiſquis non nuptus miſcebitur: ac polluetur
Per ſe: mollis erit: ſi nuptus fiat adulter
Atq̄ ſolutus fornicator: erit ſodomita
Inceſtumq̄ parens: ⁊ cum virgine ſtuprum.
Cum moniali ſcelus magnum: ⁊ ſacrilegus extat
Exigit in ſacro qui ſemine polluit illud
Ui rapiens raptor: cum brutis beſtia fiet
Qui clam contraxit: vel ſponſam preuenit actu
Spondens contrahere mendax: vt miſceat illi.
Et qui contraxit: maiori func ligatus
Quinq̄ modis peccat: vxore maritus abutens
Actibus illicitis: ſequitur cum ſemen: ⁊ extra
Uas operans prolem deuitans: ſemen emittens
Execrans aliam cupit: arcens firmo petentem
Inuitans: tangens: inductor: medius extans
Lubrica verba refert: iactans ſe: mechus habetur. Hec ille.

¶ De ſeptimo precepto diuine legis.

De ſeptimo precepto

Ordo mirabilis eterne ſapiētie qui obſeruatur in preceptis decalogi vehemēter ꝓuocat pias mentes ad ſubmittendum colla iugo obedientie diuine legis. Nam ſi diligenter attendas: diuina lex ordinatur ṗncipaliter ad ꝓhibendum ne iniuria fiat ꝓximo. Et idcirco remouet ṗmo iniuriam ꝓprie pſone: cum dicit: Non occides. Secūdo pſone cōiuncte: cum ſubiungit Non mechaberis. Tertio prohibet iniuriam que poteſt fieri in reb ꝓximi: vt in hoc precepto Non furtū facies. que verba ſcribunt͛ originaliter Exodi. xx. ca. Conſiderandum eſt ergo ꝙ in hoc precepto non ſumit͛ furtum ſtricte: eo modo quo ſumit Iſidorus in. x. li. Etymolo. qui dicit ꝙ fur dicit͛ a furueo furues. vel fur a furno dictus eſt. i. a fuſco/nigro/ et obſcuro: quia nocturno vtitur tempore. Et ſic ꝓprie dicit͛ fur qui de nocte vadit ⁊ pfodit domos. Latro ṽo dicit͛ q̄ latet in ſiluis ⁊ expoliat tranſeuntes. Itaꝙ ratio furti eſt occulta acceptio rei aliene. Sed in iſto p̄cepto intelligunt͛ prohiberi ſm Thomā in. ij. ij. q. c. xxij. arti. vj. omnia mala ablata ⁊ omnia damna illata in rebus ꝓximi. Quicunꝙ ergo rem alienam ſeu vſū rei aliene inuito domino retinent: furtum cōmittunt: vt dicunt doctores catholici. Hinc Auguſtinus in libro queſtionū Exodi. que verba habent͛. xiiij. q. v. Penale eſt. ita inq̄t. Furti nomine bene intelligit͛ omnis illicita vſurpatio rei aliene. Non em̄ rapinā pmiſit qui furtum prohibuit. Sed vtiꝙ furti nomine in lege veteris teſtamenti ⁊ rapinam intelligi voluit. A parte em̄ totum ſignificauit quicquid illicite rerum ꝓximi aufertur. Hec Auguſtin⁹. Eſt ergo notandū diligenter ſm Thomā in opuſculo de decē p̄ceptis: ꝙ int͛ oīa peccata nullum eſt magis piculoſum ꝙ̄ furtum. Cuius ratio in hoc eſt: q2 nullū peccatū remittit͛ ſine debita ſatiſfactōe ⁊ vera penitētia. De omnib autē peccatis cito penitet quis: ſicut de homicidio ceſſante ira. ſic de fornicatiōe ceſſante paſſione ꝯcupiſcentie. ⁊ ſic de ceteris. Sed de peccato furti licꝫ aliquādo q̄s peniteat: nō tamē de facili ſatiſfacit. ſicut videmus quotidie ad oculum: imo magis ac magis retrahitur peccator a ſatiſfactione ex eo ꝙ non ſufficit reſtituere ṗncipale: ſed oportet reſtituere omnia damna: que ex tali furto redundant in pſonā que leſa eſt. Et vltra hoc tenetur facere penitentiam de peccato. Idcirco Iuſtinus abbreuiator trogi pompei in hiſtoria omniū ſeculorum. libro. ij. vbi loquit͛ de cōditione ⁊ moribus ſcytharū: dicit ſic Nullū ſcelus apud eos furto grauī⁹. Vt ergo valeam⁹ abſtinere a peccato furti: inquiramus quot modis dicit͛ furtū: vel quot ſpecies ſunt latronū. ¶ In primis ġ dicunt͛ fures ⁊ latrones illi qui ſubtrahunt beneficiū neceſſitatis pauperibus chr̄i. Qui em̄ videt ꝓximū ſuū in extrema neceſſitate poſitū ⁊ nō ſubuenit ei: rem ſuam ſubtrahit ab eo ⁊ retinet: q2 in tali neceſſitate omnia ſunt cōmunia Hinc Caſſiodor⁹ in libro. v. epiſtolaꝝ: ita inquit. Pauperib nō dare tuliſſe eſt. Et merito quādo q̄s poteſt eſurientib ſubuenire: ſi non paſcit extinguit. Pudeat illis tollere quib iubemur offerre. Vltra omnes crudelitates eſt diuitē velle fieri de exiguitate mēdici. Ament͛ honeſta lucra: horreant͛ damnoſa compēdia. Hec Caſſiodorus. etiam Ambroſius. ⁊ habet͛ diſtin. xlvij. Sicut hi. ita inquit. Eſurietium panis eſt quē tu detines. nudorū indumentū eſt quem tu recludis. ⁊ miſeroꝝ redemptio eſt ⁊ abſolutio pecunia quā tu in terram fodis. Tantorū te ergo inuadere ſcias bona quātis poſſis p̄ſtare quod vales. Hec Ambroſius. Propterea Auguſtin⁹ in libro de ṽbis dn̄i ait. Si in ignē mittit͛ q̄ nō dedit rem ꝓpriam: vbi putas mittendus erit q̄ inuaſit alienam? Si cum diabolo ardet qui nudū nō veſtiuit: vbi putas arſurus eſt q̄ expoliauit? Non nocent mala p̄terita: ſi nō placent. Hec Auguſtin⁹. ¶ Secūdo dicunt͛ fures ⁊ latrones q̄ occulte accipiunt bona ꝓximi. quia ſm Thomā in. ij. ij. q. lxvj. arti. iij. ꝓpria ratio furti eſt:

Furtū it' oīa pctā ē magꝭ piculoſum

Spēs latronū ſūt multe

Pria ſpēs latronū.

Scđa ſpēs latronū

vt ſit occulta acceptio rei aliene. ido Mat.xxiiij.c.dicit. Si ſciret paterfamilias
qua hora fur venturus eſſet vigilaret vtiq; ⁊ nō ſineret pfodi domū ſuā. Eſt au
tē furtū vituperabile cū ſit quedā pditio ⁊ fraudulēta ↄtrectatio rei aliene. Vñ
Eccl.v.ca. Sup furem eīn eſt ↄfuſio ⁊ pnīa. Cōtra oēs fures ⁊ latrones loquit
Eſa.xxxiij.ca.dicēs. Ve qui pdaris nōne ⁊ ipe pdaberis. Et qui ſpernis:nōne ⁊
ipſe ſperneris. Hinc Rabanus ſuper illud Mat.xxv. Eſuriui ⁊ nō dediſtis mi-
hi mādūcare:ita inquit. Quid recipiet qui aliena tulit:ſi ſemp ardebit q̄ ſua non
dedit. ¶ Tertio fures ſunt ⁊ latrōes:oēs qui cōmittunt fraudes in emptionib⁹

Tertia ſpēs latronum.

⁊ venditionib⁹ ſuis. Et ideo nota ſm Tho.in.ij.ij.q.lxxvij.ar.ij.ꝙ circa res que
vendunt poteſt fieri triplex fraus. Primo poteſt fieri circa ſpeciē vel ſubſtantiā
rei:vt vendēdo argentū pro auro.vel vinū lymphatū p puro. Cōtra ſimiles dr
Eſa.j.ca. Argētū tuū verſum eſt in ſcoriā:vinū tuum mixtum eſt aqua. Qd eīn
mixtum eſt patit defectū circa ſpeciē. Scdo fraus poteſt fieri circa quantitatē
que p menſurā ⁊ pondus cognoſcit.qui ergo ſciēter vtit deficiēti mēſura fraudē
cōmittit.vñ Deut.xxv. Nō habebis in ſacculo tuo diuerſa pondera maius ⁊ mi-
nus:nec erit in domo tua modius maior ⁊ minor:pondus habebis iuſtum ⁊ ve
rum. Et modus equalis ⁊ verus erit tibi vt multo viuas tpe ſup terrā.abomi-
nat eīn dñs eum q̄ facit hec ⁊ aduerſat oēm iniuſticiā. Hec ibi. Et Leuit.xix.c.
Nolite facere iniquum aliqd in iudicio:in regula in pondere:in menſura. Sta-
tera iuſta:⁊ equa ſint pōdera. Juſtus modius equuſq; ſextarius. ⁊ Prouer.xx.
ca. Abominatio eſt apud deum pondus ⁊ pondus:ſtatera doloſa non eſt bona.
Tertia fraus poteſt fieri ex parte qualitatis:puta ſi aliqd anial infirmū vendat
quaſi ſanum:qd ſi quis ſcienter fecerit:fraudē cōmittit in venditiōe. Hinc Mar
cus Tulli⁹ in.iij.li.de officijs:dicit ſic. Ex omi vita ſimulatio:diſſimulatioq; tol
lenda eſt. Itaq; nec vt emat meli⁹:nec vt vendat quicq; ſimulabit aut diſſimu-
labit vir bonus. Et itē ibidē ita inqt. Tollendū eſt igit ex reb⁹ ↄtrahēdis oīe
mendaciū. ¶ Quarto fures ſunt ⁊ latrones q̄ exercēt vſuras ⁊ falſos ↄtractus.

Quarta ſpecies latronū

Eſt aūt vſura ſm Tho.in.ij.ij.q.lxxviij.ar.j.preciū pecunie mutuate vel cuiuſ-
cūq; rei:cuius vſus eſt ↄſumptio vel diſtractio eius. Et ſicut alia iniuſte adqſi-
ta tenet homo reſtituere:ita pecuniā quā p vſurā accepit. Quicūq; ergo mutu-
at pecuniam numeratā:vel frumentū:vel vinum: vel oleum:⁊ hmōi. ⁊ aliquid

Vſura committit multipliciter.

vltra capitale accipit vſura eſt. Et pariter qui mutuat ſuper pignus rei mobilis:
puta veſtis:equi:vel bouis ⁊ hmōi. Vel etiā imobilis vt domus vel poſſeſſiōis
Et interim dum alius tenet pecuniā accipit vſumfructum illius domus vl poſ
ſeſſionis: vſura eſt. Etiam multas falſitates cōmittunt campſores: mercatores
pannoꝝ ⁊ alij artifices. ¶ Quinto fures ſunt ⁊ latrones illi q̄ emunt dignita-

Quinta ſpecies latronū

Simōia fit mltꝭ modis

tes ſiue ſpūales ſiue temporales. Cōtra quos ait Job.xx. Diuitias quas deuo-
rauit euomet ⁊ de ventre illius extrahet eas de⁹. Hec ibi. Quicūq; ergo p ſimo
niam vel intruſionē:⁊ nō per canonicā inſtitutionē recipit vel tenet beneficiū
eccl'iaſticū furat oēs fructus quos pcipit. Silr qui dedit aliquid qd pcio poſſit
eſtimari p aliquo beneficio eccl'iaſtico ſimplici vel curato:vel dignitate eccl'iaſti
ca:vel capella ecclie. Idem de ↄferentib⁹ beneficia ⁊ officia hmōi p tpalib⁹: vel
ſi emit vel vendidit iuſpatronatus capelle vl ecclie:vl ſi dedit aliqd temporale
p aliq̄ ſacramento: vel aliquid qd pcio poſſit eſtimari quaſi pciū ſacramenti: ſi-
monia eſt. Et nota ꝙ pecunia que recipit ſimoniace nō debet reſtitui ei q̄ dedit:
ſed debet pauperib⁹ erogari vel illi ecclie in quā iniuria facta eſt: vt dicūt docto
res catholici. ¶ Sexto fures ſunt ⁊ latrones qui violenter ⁊ p rapinā auferunt

Sexta ſpēs latronum

bona pximis. Eſt eīn rapina violēta ⁊ manifeſta vſurpatio rei aliene. Hec autē
eſt maior iniuria:vt dicit ſanctus Tho.in opuſculo de decem pceptis q̄ furtum

S.Tho.

Vnde Job.xxiiij.ca. Vim fecerūt depdantes pupillos. Solent aūt in rapinis

offendere reges:pncipes:dñi tpales:rectores populi ac ceteri pncipãtes. Aut p extorſiones indebitas a ſubditis:ſiue imponẽdo gabellas:pedagia:collectas:et certa ſubſidia. Cõtra q̃s clamat Ezechiel pꝓheta.xxij.ca. dicẽs. Principes eius in medio illius quaſi lupi rapiẽtes pdã ad effundendũ ſanguinez: ⁊ ad pdendas animas ⁊ auare ſectãda lucra.hec ibi. Et Sophonie.iij.c.dr ſic. Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes. Aliqñ reges ⁊ pncipes ac ceteri rectores pploꝝ ordinãt leges iniquas ad rapacitates ⁊ lucra indebita. Cõtra q̃s Eſaias clamat.x.ca.ſic. Ve q̃ ꝯdunt leges iniquas ⁊ ſcribẽtes iniuſticiã ſcripſerũt vt opprimerẽt in iudicio pauꝑes ⁊ vim facerẽt cauſe humiliũ populi mei vt eſſent vidue pda eoꝝ ⁊ pupillos diriperẽt.hec ille ¶ Septimo fures ſunt ⁊ latrones oẽs reges:pncipes:duces:barones:⁊ ceteri pncipãtes q̃ p vim tenẽt regna vel puincias ſiue ciuitates vel caſtra ſiue feudũ. Nam omnes tales ⁊ pariter ſui ſucceſſores tenenť ad reſtitutionẽ tam de pncipali q̃ꝫ de damnis ⁊ intereſſe. Cõtra ſimiles ait vitas Joã.x.ca. Amen amen dico vobis q̃ nõ intrat p oſtiuꝫ in ouile ouium:ſed aſcẽdit aliũde ille fur eſt ⁊ latro. Qui aũt intrat p oſtiũ paſtor eſt ouiuꝫ. hec ibi. Facit ad ꝓpoſitũ talium regũ ac pncipũ exemplũ ſocratis: de quo ſcribit Ualerius q̃ꝫ ſemel q̃ſitũ fuit a ſocrate:cur ipe rideret. At ille rñdens ait. Video magnos latrones ducẽtes paruũ latronẽ ad ſuſpendiũ q̃ digniores ſũt ſuſpẽdio. Sacrilegia inq̃t minuta puniunť:ſꝫ magna in triũphis referunť. Sꝫ audi Senecã ad Lucillũ ſic dicentẽ. Nulli cui rapina feliciter ceſſit gaudiũ rapti durauit in poſteꝝ. ¶ Octauo fures ſunt ⁊ latrones iudices ⁊ officiales dãtes iniquas ſentẽtias:vel ex timore vel ex amore vel ex cupiditate vel odio vel notabili ignorãtia. Cõtra tales ait Eſa.v.ca.dicẽs. Ve q̃ iuſtificatis impiũ p muneribꝫ ⁊ iuſticiã iuſti aufertis ab eo. Et Jſidorus cuiꝰ vba habenť.xj.q.iij.inq̃t. Pauꝑ dũ nõ habet q̃d offerat in iudicio nõ ſolũ audiri cõtemniť:ſedetiã cõtra veritatẽ opprimiť:cito violať auro iuſticia:nullaq̃ꝫ reus ptimeſcit culpã quaꝫ redimere nummis eximat. Jſtos quoq̃ꝫ admonet Juuenaľ.in ſaty.viij.vbi ſic ait.

¶ Expectata diu:tandem prouincia cum te
Rectorem accipiet:pone ire frena modumq̃ꝫ.
Pone ⁊ auaricie:miſerere inopum ſociorum.
Oſſa vides regum:vacuis exuta medullis.
Reſpice quid moneant leges:quid curia mandet.
Premia quanta bonos maneant. Hec ille.

¶ Nono fures ſunt ⁊ latrones oẽs iniq̃ diſpẽſatores ⁊ adminiſtratores bonoꝝ paupeꝝ chri:pupilloꝝ:viduaꝝ:cõmunitatũ:hoſpitaliũ :ac ſocietatũ quarũcũq̃ꝫ Qui ſi dilapidãt bona eoꝝ:vel ſi nõ fideliter diſpẽſant indigẽtibꝫ iuxta intẽtionẽ iuſticie fures ſunt:⁊ de oibꝫ tenenť ad reſtitutionẽ. Siľr plati ⁊ religioſi qui ſunt diſpẽſatores bonoꝝ eccľie:⁊ nihilominꝰ exponũt in vanos vſus dando ſine neceſſitate ꝯſanguineis vel in ꝯuiuijs:ſiue i ludis:canibꝫ:falconibꝫ:meretricibꝫ: hiſtrionibꝫ:ac turpibꝫ pſonis:tales potiꝰ ſunt dicẽdi raptores q̃ꝫ admiſtratores: ⁊ magꝭ diſſipatores q̃ꝫ diſpẽſatores:q: ſiľia ſunt dãda ac diſtribuẽda pauperibꝫ chri. Cõtra ſiľes ſcribit Aug.ad Bonifaciũ:q̃ vba habẽť.xij.q.j.§.vlti. ſic. Nõ illa nr̃a ſunt quoꝝ pcurationẽ q̃dãmõ gerimus vt pprietatẽ nobis dãnabili vſurpatõe vendicemꝰ Ubi dicit gloſa:q̃ꝫ plati ſi bene adminiſtrãt loco dñoꝝ ſunt.ſi male loco pdonũ.hinc Paulus.j.ad Coꝝ.iiij.ca.ait. Hic iam queriť inter diſpẽſatores vt fidelis q̃s inueniať.ſup quo textu ſctũs Tho. in cõmẽto aureo dic ſic Conſiderandũ eſt q̃ꝫ miniſtroꝝ ⁊ diſpenſatoꝝ chri q̃dã ſunt fideles:q̃daꝫ infideles. Sunt aũt infideles diſpẽſatores q̃ in diſpenſandis diuinis miniſterijs non intendunt vtilitatem populi ⁊ honorẽ chri:⁊ vtilitateꝫ membroꝝ eius. Fideles aũt ſunt qui in oibus intendunt honorẽ dei ⁊ vtilitatẽ mẽbroꝝ eius. Hec Tho.

Septĩa ſpecies latronũ Cõtra reges principes q̃ aliena vſurpãt

Octaua ſpecies latronũ

Nona ſpecies latronũ

Nota cõtra eos q̃ habẽt officia pbli.

mas. ¶ Decimo fures ſunt ꝛ latrones incendiarij: ꝛ deuaſtātes aut diſſipātes agros ꝛ caſtra ꝛ domos mutilantes: vel occidētes in bello iniuſto. Similiť falſarij inſtrumentoꝝ aut teſtamentoꝝ: ꝛ falſi accuſatores: ꝛ qui inique teſtificant cōtra ꝓximū. Hi omnes nō ſolū peccant grauiſſime ꝛ mortalr: ſed etiam tenenť ad reſtitutionē de oībus dānis inde ſecutis. Hinc Auguſt. ad Macedoniū: que verba habentur. xiiij. q. v. Non ſane. In fine c. dicit ſic. Qui ꝓo contra ius ſocietatis humane: furtis: rapinis: calūnijs: oppreſſionib: inuaſionib: aliqua abſtulerint: reddenda potius ꝙ donāda cenſem⁹ Zachei publicani exemplo. hec Augu. Sed quid iſte Zacheus princeps publicanoꝝ diues valde dixerit chr̄o audiamus. Cum enim reciperet illum gaudens in domū ſuam: ait. Ecce dimidium bonoꝝ meorum dn̄e do pauperibus: ꝛ ſiquid aliquē defraudaui reddo quadruplum. Luce. xix. ca. ¶ Undecimo fures ſunt ꝛ latrones illi qui non ſoluūt mercedem ſuam quibus tenentur ſiue principi ſiue prelato: ſiue clerico: ſiue laico. iō Leuitici. xix. ca. Non morabitur opus mercenarij apud te vſqꝫ mane. Et ad Roma. xiij. ca. Reddite omnib debita: cui tributū tributum: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: ꝛ cui honorem honorē. Nota ſm Thomā in cōmento aureo ſup hoc textu lectione ſcd̄a. ꝙ tributum tribuiť principibus pro generali regimine quo patriam in quiete ꝛ pace gubernāt. Uectigal aūt eſt id quod reddiť ꝑncipibus in aliquibus certis locis de mercimonijs que deferunť pro reparatione ꝛ cuſtodia. Uel vectigal dicitur qd̄ datur principi quando per patriam vehitur: ſicut ſunt procurationes ꝛ alia hmōi: vt dicit Thomas. Et Matth. xxij ca. Reddite que ſunt ceſaris ceſari: ꝛ que ſunt dei deo. Tenemur eñ vt dic̄ Thomas regibus ac principibus cuſtodientibus pacem noſtram iuſtam dare mercedem. ¶ Duodecimo fures ſunt ꝛ latrones: meretrices: ioculatores: mimi: luſores: ꝛ lenones: ꝛ ceteri qui turpia lucra ſectanť. Nam talia quaſi furtū cenſenť: quia turpiter adquirunť: vel vilia ac ſeruilia opera exercendo ꝑ illiberales operationes. vel quia de aliquib vicioſis actib lucranť: ſicut de meretricio vel lenocinio vel de aliquo hmōi: vel quia lucranť leuiter cum paruo labore: ideo ſimilia lucra reſtituenda ſunt: nō qdem danti: ſed de conſilio ſanctoꝝ doctoꝝ: pauperibus chriſti ſunt eroganda. Et tunc facimus nobis amicos de mānona iniquitatis. ¶ Tertiodecimo fures ſunt ꝛ latrones: clerici ꝛ religioſi q̄ ſub ſpecie agni gerunt lupum ꝛ lucrantur multa per hypocriſim. Qui ꝓprium tenent aut exercent mercātias: ementes ꝛ vendentes more ſecularium. Uel extra conuentū ſuum tenent bona ſibi conceſſa abſqꝫ licentia vel ſcitu ꝑlatorum ſuorum: vel diſtribuunt dando hincinde ſm arbitrium ſuum bona religionis que ſibi ad ſolum vſum conceſſa ſunt. Tales ſunt fures ꝛ latrones: quia habitus non facit monachum. Contra ſimiles ait Paulus. ij. ad Timoth. ij. ca. Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſecularibus vt ei placeat cui ſe probauit. Nā qui certat in agone non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Super quo textu ſanctus Thomas in commento aureo dicit: ꝙ alius eſt finis militie ſpiritualis: ꝛ alius eſt finis militie corporalis. Nam finis militie corporalis eſt vt obtineat victoriam contra hoſtes patrie. ꝛ ideo milites debent abſtinere ab his que abſtrahunt a pugna: puta a negocijs ꝛ delitijs. j. ad Coꝝ. ix. Qui in agone contendit ab omnib ſe abſtinet. Sed finis militie ſpūalis eſt vt victoriam habeant ab omnibus que ſunt cōtra deum: ꝛ idō oportet ꝙ abſtineant ab omnib que diſtrahūt a deo. hec aūt ſunt negocia ſecularia: quia ſolicitudo huius ſeculi ſuffocat verbū: ꝛ idō dicit implicat. hec Tho. Etiam cōtra tales ſcribit Hieroñ. ad Nepocianū. ꝛ habetur. lxxxviij. di. Negociatorē clericum ꝛ ex inope diuitem: ꝛ ex ignobili glioſum quaſi quandāp eſtē fuge. Ierꝝ Hiero. ad Paulinum ꝑſbyteꝝ in ep̄la q̄ incipit. Bonus hō de bono theſauro cordis: dicit ſic. Epi ꝛ p̄ſbyteri habeāt ad exēplū

Decia ſpēs latronū

Undecima ſpēs latronū

Duodecia ſpēs latronū

Tertiadecima ſpēs latronum.

Contra religioſos ꝛ clericos

Duplex eſt militia

apl'os ⁊ apl'icos viros: quoꝝ honorē poſſidētes habere nitant᷑ ⁊ meritū. hec Hie
Quartadeci/ ro. ¶ Quartodecimo fures ſunt ⁊ latrones generaliter oēs q̄ retinēt alienum
ma ſpes la/ ꝯtra voluntatē dn̄i ſui. Et nota ꝙ tales ꝯtinue morant᷑ in pctō mortali: imo ſem
tronum per augent pctm̄. Et q̄nẽſcūq; mēti occurrit alicui ꝙ retinet alienū ⁊ ꝓponit re
tinere ⁊ nō reddere. totiens de nouo peccat mortaliter: ⁊ penitere nō pōt nec ab
ſolui. Vn̄ Auguſtinus in ep̄la ad Macedoniū que verba habent᷑. xiiij. q. vj. in/
quit. Si res aliena ꝓpter quā pctm̄ eſt reddi poſſit ⁊ nō reddit᷑: pnīa nō agit᷑ ſed
ſimulat᷑. Si aūt veraciter agit᷑: nō remittit᷑ peccatū niſi reſtituat᷑ ablatū. hec Au
Nota hic di/ gu. Itē nota ꝙ q̄uis homo alienū nō accipiat ꝑ furtū vel fraudulentiā vl' vſu
ligenter ram: ſacrilegiū: rapinā: ⁊ hmōi: ſed pater eius vel ꝯſanguinei vel amici talia ac/
ceperūt. Et ideo ſi ad eū ꝑuenit hereditas tenet᷑ illā reſtituere inq̄ſtū ſufficit he
reditas. Qḋ ſi nō facit: fur eſt ⁊ latro. Pluribꝫ aūt aliȷs modis offendit hō ꝯtra
iſtud p̄ceptū: vt inq̄t auctor p̄allegatus in his verſibꝫ q̄ ſequunt᷑.

Verſus no/ ¶ Siquis furatur: raptor: vel participator.
tabiles Juſſio: conſilium: conſenſus: palpo: recurſus.
Participans: mutus: non obſtans: non manifeſtans.
Reddere cuncta debet: qui ni ſint officiales.
Atq; non in cauſa: primus pro parte tenetur.
Fortune luſor: cupiens ſpoliare ſodalem.
Ac fraudans ludum: retinens inductor ad illum.
Hic dare perdenti: cenſebitur: ſi non egenti.
Juſta etiam fraudans pedagia: ſiue gabellas.
Ledens monetas: menſuras: fur malus extat. Hec ille.

¶ De octauo precepto diuine legis.

Poſtq̄ diuīa lex prohibuit ne fieret iniuria
ꝓximo ope vel facto. Cōſequenter iubet ne fiat iniuria verbo mendo
ſo vel iniquo: ideo inq̄t. Nō loquaris ꝯtra ꝓximū tuū falſuꝫ teſtimo
niū: que ṽba ſcribunt᷑ originaliter Exoḋ. xx. ca. Idē habet᷑ Deut᷑. v.
ca. In quo q̄dē p̄cepto ſm̄ Tho. in. ij. ij. q. cxxij. ar. vj. ꝓhibet᷑ oīa pctā ⁊ nocumē
ta que ꝯtra ꝓximū ꝑ locutionē inferunt᷑: ſicut ſunt detractiōes: mēdacia: ſuſurra
tiōes: ꝯtumelie: blaſphemie: ⁊ hmōi. Et idcirco falſum teſtimoniū ꝓhibet᷑: q: di
cit ibidē ſctūs Tho. directius iuſticie ꝯtrariat᷑. ¶ Ad maiorē aūt euidentiā hu/
ius p̄cepti: Cōſiderandū eſt ſm̄ Tho. in. iij. li. ꝯtra gētiles. c. cxlvij. ꝙ hoi datus
Quare hoi eſt loquele vſus ꝑ cuius officiū ṽitatē quā aliq̄s in mēte ꝯcipit alteri manifeſta/
dat⁹ eſt vſus re poſſit: vt ſic hoīes ſeipos iuuent in cognitiōe ṽitatis ſicut ⁊ in aliȷs rebꝫ neceſ
loquele. ſariȷs vite cū ſit homo anial naturaliter ſociale. Et idō q̄n hō falſum dicit: vl' ſi/
mulate loquit᷑ abutit᷑ officio lingue: ⁊ ſemꝑ peccat: q: facit iniuriaꝫ creatori deo
q̄ tā ſubtile artificiū loq̄ndi homini ꝯtulit. Format᷑ ergo ratio ſic. Qui non vtit᷑
Nota rōnē re ad finem ad quē eſt facta abutit᷑ ea: ⁊ ꝑ ꝯn̄s peccat: ſed ille q̄ falſum dicit non
vtit᷑ verbis ad finem ad quē ſunt inſtituta ⁊ ordinata: quia vt dicit Augu. in li.
Inter oīa ar Enchiridion. Verba ſunt inuenta nō vt ꝑ ea hoīes ſe fallant: ſed vt ſuas cogita
tificia nullū tiones ſibi vtiliter manifeſtēt. Mendoſus aūt nō vtit᷑ verbis ſignificatiuis ad
mirabili⁹ of iſtū finē: ergo abutit᷑ officio loquele nō vtens illa ad finē ad quē eſt ordinata. Et
ficio loq̄le idcirco ſi diligētius diſcutere volueris. Inter oīa artificia humano vſui neceſſa
ria nullū eſt mirabilius officio loq̄ndi quo homo a cunctis ſecernit᷑ animantibꝫ.
Req̄rūt᷑. vj Nam vt hō vere ac recte loquat᷑ requirunt᷑ ſex inſtrumēta ex parte corꝑis. ⁊ ſex
vt hō recte alie potētie ex parte aīe que oīa ſimul ſubito ac imꝑceptibilit᷑ opant᷑. vt em̄ Pe
loquat᷑. trus hiſpanus tradit in logica ſua: ſex ſunt naturalia inſtrumēta ad formanduꝫ

vocē.ſ.labia/dētes/lingua/palatū/guttur ⁊ pulmo:ſine q̄bꝫ hō diſcrete loq̄ non
pōt.Et iteꝝ ſex potētie aīe ad recte loq̄ndū neceſſarie ſūt.ſ.imaginatio/q̄ format
ꝟba.Intellect⁹/q̄ ꝟba ordinat. Volūtas/q̄ mouet oīa inſtrumēta ad loq̄ndum
Memoria/q̄ rememorat ea q̄ dicta ſūt ⁊ annectit dicēda. Req̄rit̃ etiā viſus:vt
q̄ loq̄tur videat eū cū q̄ loq̄ndū eſt.Audit⁹ q̄ꝫ neceſſari⁹ eſt:vt poſſit q̄s reſpōde
re ad ꝓpoſitū.Et tandē ad oīa iſta neceſſaria eſt vnio corpis ⁊ aīe:qꝛ locutio ve
ra ⁊ ꝓpria nō pōt fieri niſi a motore ꝯiūcto.Ideo angelus bon⁹ vel mal⁹ in cor- Angel⁹ i cor
pore aſſumpto nō pōt vere loq̄:nec vera ꝟba formare.Vñ dr̄ ſctūs Tho.in pri- pore aſſūpto
ma parte.q.lj.ar.iij.ꝙ licꝫ angeli loquant̃ in corporibꝫ aſſumptis:tñ talis locutō nō pt̄ loq̄
nō eſt ꝓpria:qꝛ angeli nō ſūt forme illoꝝ corpoꝝ:ſed eſt aliq̄d ſimile locutōi inq̄n
tū formāt ſonos in aere/ſimiles vocibꝫ humanis.Et ſic patꝫ ꝙ loq̄le vſus nō ſo-
lū eſt res mirabilis:ſed ē grāde ac ſubtile artificiū.Iō tā digno lingue officio vti
ad fallaciā grauis culpa eſt.¶His itaq̄ꝫ p̄miſſis Nota ſm btm̄ Thomā in.iiij.
opuſculo de decē p̄ceptis.ꝙ hō pōt loq̄ ꝯ ꝓxim falſum teſtimoniū dupl'r.Aut in
iudicio/aut extra iudiciū.ſ.in cōi locutōe. Quātū ad p̄mū pōt q̄s in iudicio teſti Tribꝫ modiſ
ficari falſum tribꝫ modis:ſm ꝙ tres ꝑſone poſſunt facere ꝯtra h̄ p̄ceptū.ſ.ꝑſona pt̄ q̄s teſtifi-
accuſans:ꝑſona teſtificās:ꝑſona iudicās. ¶Primo ꝯſideratur ꝑſona accuſans cari falſum.
ꝓximū ſuū falſo in iudicio:⁊ talis expꝛ̄ſſe agit ꝯtra iſtud p̄ceptū:⁊ tenet̃ de omni
damno.Etſi deficeret in probatiōe debet ſuſtinere penā taliōis:vt ptꝫ.ij.q.iij.ꝑ
totū.Dicit̃ aūt hic talio taliōis maſculini generis recōpēſatio eiuſdē.ſ.vindicta
ſīlis vīdicte delicti. Nā accuſator falſus talē debet recipe penā q̄lē intēdebat in-
ferre.Et iō caue ne loq̄ris ꝯtra ꝓximū tuū falſum teſtimoniū.Et Leuit.xix.ca.
Nō ſtabis ꝯtra ſanguinē ꝓximi tui:ego dñs. Et iteꝝ ibidē. Nō q̄ras vltiōem:
nec memor eris iniurie ciuiū tuoꝝ.Scd̄o ꝯſiderat̃ ꝑſona teſtificās falſum.de q̄
Salomō Prouer.xix.ca.ait.Falſus teſtis nō erit impunit⁹:⁊ q̄ loq̄tur mēdacia
ꝑibit.Debet aūt falſus teſtis puniri pena mortis.Vñ Deut.xix.c.dr̄ ſic.Si ſte-
terit teſtis mēdax ꝯtra hoīem accuſans eū p̄uaricatiōis:ſtabūt ambo:q̄ꝝ cā eſt
ante dñm i ꝯſpectu ſacerdotū ⁊ iudicū q̄ fuerint in diebꝫ illis.Cūq̄ꝫ diligētiſſime
ꝑſcrutātes inuenerint falſum teſtē dixiſſe ꝯtra fratrē ſuū mēdaciū:reddēt ei ſicut
fratri ſuo facere cogitauit:⁊ auferes malū de medio tui:vt audiētes ceteri timo
rē habeāt:⁊ nequaq̄ꝫ talia audeāt facere.Nō miſereberis ei⁹:ſed aīam ꝓ anīa:ocu
lū ꝓ oculo:dentē ꝓ dēte:manū ꝓ manu:pedē ꝓ pede exiges.Hec ibi.et Prouer.
xxv.c.Iaculū ⁊ gladi⁹ ⁊ ſagitta acuta:hō q̄ loquit̃ ꝯtra ꝓximū ſuū falſum teſti-
moniū.Et iō duo illi p̄ſbyteri ſenes accuſantes ⁊ teſtificātes cōtra Suſannā de
adulterio:qꝛ ꝯuicti ſūt a Daniele falſum dixiſſe teſtimoniū lapidati ſunt a ꝓplo.
Daniel.xiij.c.¶Tertio ꝯſiderat̃ ꝑſona iudicis q̄ falſam ꝓfert ſniam:de q̄ dr̄ Le
uitici.xix.c.Nō facies qđ iniquū eſt:nec iniuſte iudicabis. Nō ꝯſideres ꝑſonam
paupis:nec honores vultū potētis.Iuſte iudica ꝓplo tuo.Hec ibi. Licꝫ cm̄ po-
tētes ⁊ diuites rōne ſui ſtatus ſint p̄ alijs minoribꝫ honorādi in rebꝫ cōibꝫ.nō tñ
in his ꝑ q̄ iuſticia lederet̃.Nā teſte Hiero. Iuſticia nō nouit patrē:nō nouit fra
trē.ꝟitatē nouit.ꝑſonā nō accipit:deū ſolū imitat̃.¶Quātū ad ſcd̄m pōt homo
peccare diuerſimode in cōi locutōe ꝯtra h̄ p̄ceptū.Nā ſūt q̄ttuor bona q̄ nitit̃ hō
mēdax ⁊ iniqu⁹ auferre a ꝓximo ſuo.ſ.ꝟitas:honor:fama ⁊ amicicia:ſm dñm Mēdax nit-
Robertū holkot ſuꝑ li.Sap.ij.c.lectiōe.xxvij. ¶Primū bonū eſt ꝟitas ꝯ quā t̃ quattuor
iniqu⁹ ꝓcedit ꝑ ꝯtētionē.Eſt aūt ꝯtētio q̄dā inordinata ꝯtrarietas i ꝟbis ꝑ quā bōa auferre
hō intēdit oſtēdere ꝓximū ſuū dicere falſum Et deſcribit̃ ſic.ꝯtētio eſt impugna
tio ꝟitatis ex ꝯfidentia clamoris.¶Scd̄m bonū eſt honor ꝯtra quē ꝓcedit ini-
quus ⁊ falſus hō q̄ttuor modis.ſ.ꝑ ꝯuitiū:ꝑ ꝯtumeliā:ꝑ improperiū:⁊ ꝑ deriſi
onē.Primo falſus hō ꝓcedit ꝯtra honorē ꝓximi ſui ꝑ ꝯuitiū. Eſt aūt ꝯuitiū ver
bis quomodolibet hoīem dehoneſtare:ſiue exp̄mat̃ ꝯuiciuꝫ culpe vel pene.Sed

Cōtumelia ꝯtumelia nunq̄ est nisi qñ homo iniuriose dehonestat̃ verbo exprimēte culpā. Un̄
si dicā te scabiosum vel cecum: cōuiciū est. Uel si dicam ꝙ fur es ⁊ latro: est ꝯtu-
Improperiū melia. Omnis aūt ꝯtumelia est ꝯuitiū: sꝫ nō ecōuerso. Improperiū aūt est iniu-
riose recitare hominis indigentiā p̄cedentē: sicut qñ aliq̄s iniuriose ⁊ cōtra charita-
tē reducit alicui ad memoriā auxiliū sibi factū tēpore sue indigētie: ⁊ hoc coram
Derisio multis. ⁊ cedit in diminutionē sui honoris. Derisio aūt est viciū ludēdi ⁊ intēdēs
erubescentiā ꝓ fine. Un̄ derisor sub specie ludi ꝓponit id ꝑ qđ facit hoiem time-
re dehonestationē: ⁊ pōt esse in casu pctm̄ mortale. Et tāto est grauiꝰ q̄nto maior
reuerētia debet̃ ꝑsone que illudit̃. Un̄ grauissimū est irridere deū/ ⁊ ea q̄ dei sūt.
¶ Tertiū bonū ꝓximi est fama: ꝯtra quā ꝓcedit iniquꝰ ⁊ falsus hō per detracti-
Detractio onem. Detractio aūt nil aliud est nisi dicere v̄ba iniuriosa ⁊ latēter de aliq̄: cum
intētiōe diminuēdi famā suā. Un̄ ꝯtumeliosus se habet ad famā ⁊ honorē: sicut
raptor ad bona exteriora. Sed detractor est fur fame: q2 de rōne detractiōis est
Hiero. ꝯ de- ꝙ occulte dicat̃. Contra detractores Hieronymꝰ ad Rusticū monachū ita inq̄t.
tractores. Si vis me corrigi delinq̄ntē: apte increpa tm̄/ ne occulte mordeas. Quid ei mi-
hi ꝓdest si aliis mala mea referas: si me nesciēte pctis meis imo detractiōibꝰ tu-
is aliū vulneres: ⁊ certatim oibꝰ narres. Si singulis loq̄ris quasi nulli alteri di-
xeris: Hoc em̄ nō est emēdare me: sed vicio tuo satisfacere. Hec Hierony. Ideo
ap̄lus ad Roma. j. ca. ait. Detractores sunt deo odibiles. Nota cū dr̄: deo odibi-
les. q2 nihil est ita charꝰ hoi sicut fama. Un̄ Eccl'iastici. vij. c. dicit̃. Meliꝰ est no-
men bonū q̄ vngenta p̄ciosa. Et Prouerb. xxij. ca. Meliꝰ est nomē bonū q̄ di-
uitie multe. Detractores aūt sunt q̄ auferūt a ꝓximo tāgrande bonū. Iō Eccle-
siastici. x. ca. Si mordeat serpēs in silentio nihil eo minꝰ habꝫ q̄ occulte detrahit.
Quapropter si detractores famā nō restituāt saluari nō possunt: vt dr̄ Thomas
sup h̄ precepto in. iiij. opusculo. Etiā nō minꝰ offendūt illi q̄ detractores libēter
audiūt. Un̄ Bernar. in fine scđi libri de ꝯsideratiōe ad Eugeniū papā: dicit sic
Porro detrahere an detrahentē audire/ q̄d hoꝝ dānabilius sit/ nō facile dixerim.
Ideo Eccl'iastici. xxviij. ca. Sepi aures tuas spinis: ⁊ linguā nequā noli audire.
⁊ ori tuo facito ostia: ⁊ seras auribꝰ tuis. Et sicut dr̄ sctūs Thomas sup hoc p̄ce-
pto. Nō debet homo detractores libenter audire: quinimo debet detrahenti ostē-
dere vultū tristem ⁊ toruū. Un̄ Prouerb. xxv. ca. Uentus aquilo dissipat plu-
uias: ⁊ facies tristis linguā detrahentē. Sup quo v̄bo Hieronymꝰ in. iij. libro
sup parabolas Salomonis dicit sic. Si hilari vultu audieris detrahentē: tu illi
das fomitē detrahendi. Si v̄o tristi vultu hec audias (vt dicit q̄dam vir dei) di-
scit nō libent̃ dicere/ qđ didicerit nō libenter audiri. Hec Hieronymꝰ. Uere gra-
uis culpa est detractio. Propterea dicit̃. vj. q. j. Deteriores sūt q̄ vitā moresq̄ bo-
noꝝ corrūpūt/ his q̄ substātias alioꝝ prediaq̄ diripiūt ¶ Quartū bonū ꝓximi
Susurratio est amicicia: cōtra quā ꝓcedit iniquus homo ꝑ susurrationē. cuius finis est sepa-
rare amiciciā occulte ⁊ seminare discordiā. Et talis est pessima locutio deo exo-
sa: ac saluti nostre cōtraria. Cuius rō est. quia amicicia est de bonis exterioribus
Amicicia est quid optimū. Est em̄ melior q̄ fama vel honor vel sciētia. Unde Marcus tulli-
q̄d optimū us in libro de amicicia ita inq̄t. Ego vos hortari tm̄ possum vt amiciciā omnibꝰ
rebꝰ humanis anteponatis. Et iteꝝ in eodem ait. Amicicia nihil aliud est nisi di-
uinarū humanarūq̄ rerū cum beniuolentia ⁊ charitate summa ꝯsensio. Et iteꝝ
Quid dulciꝰ q̄ habere cum q̄ omnia audeas loqui vt tecum. Ista ḡ morbida su-
surratio que separat amiciciam est peior detractiōe ⁊ cōtumelia. Hinc Prouer-
bioꝝ. vj. ca. Sex sunt que odit dominꝰ: ⁊ septimū detestat̃ anima eius. s. eūꝫ qui
seminat inter fratres discordias. Et Eccl'iastici. xxviij. ca. dicit̃ sic. Susurro ⁊ bi-
linguis maledictus: multos em̄ turbauit pacem habentes. lingua tertia multos
cōmouit: ⁊ dispersit illos de gente in gentē. Ciuitates muratas diuitum destru-

xit: ꝛ domos magnatoꝝ effodit. Uirtutes populoꝝ cōcidit: ꝛ gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit ꝛ ꝓuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illā nō habebit requiē nec habebit amicū in ꝗ requieſcat. hec ibi. Et ſic ptꝫ qliter hō mēdax nitit̄ auferre a fratre ſuo quattuor bona: veritatē: honorē: famā: ꝛ amicitiā. ¶ Amplius cōtra hoc ꝑceptū offendit hō ꝑ mendacē locutionē. Ideo fugiēdū eſt omne mēdaciū qdruplici rōne ¶ Primo ꝓpter anie ꝑditionē. Unū Sapiē. j. ca. Os quod mētit̄ occidit aniam. Profecto valde mōſtroſum ꝛ innaturale eſt ꝙ os ſit cauſa inſtrumentalis vel occaſio occiſiōis anime: qꝛ os eſt inſtrumētum ꝑciſe ordinatum a natura ad ꝯſeruandū vitam anime. Nam ꝑ os expiramus ꝛ inſpiramus: ſine qua operatiōe vita anime in corpore non ſeruatur. Per os alimentū recipimus/maſticamus/ꝛ deglutimus. Per os affectōes exprimimus Per os pacē anie: amiciciā ꝛ beniuolētiā oſtēdimus. Eſt ꝫ ꝯtra oēm naturā ꝙ os nr̄m aiam nr̄am occidat. Iō ſignant̄ dr̄ Prouer. xxj. c. Qui cuſtodit os ſuū ꝛ linguā ſuā: cuſtodit ab anguſtijs aiam ſuā. Caue ꝫ ꝛ fuge oē mēdaciū ¶ Scdo fugiēdū eſt oē mēdaciū ꝓpter diaboli aſſimilationē. Nā hō mēdax eſt ſilis diabolo ꝑ filiationē: iō aſſimilat̄ prī. ꝗ vt dr̄ Ioā. viij. c. Mēdax ē ꝛ pat̄ eius. Diabolus em̄ inuenit ꝑmū mēdaciū quādo dixit ꝑmis parētibꝫ Geneſ. iij. ca. Nequaꝗ̄ moriemini. Hinc Ambroſius in ſermōe habito in dn̄ica de Abraā. ꝛ habet̄. xxij. q. v. Cauete fratres mendaciū: qꝛ oēs ꝗ amāt mendaciū filij ſunt diaboli: nō ſolū in falſis ꝟbis: ſed etiā in ſimulatis operibꝫ mendaciū eſt. Mendaciū nāqꝫ eſt ſe chriſtianum dicere ꝛ opa chr̄i nō facere. Mendaciū eſt epiſcopū/ſacerdotē/vel clericū ſe ꝓfiteri: ꝛ ꝯtraria huic operi operari. Hec Ambroſius. ¶ Tertio fugiēdum eſt mēdaciū ꝓpter ſocietatis diſſolutionē. Homo em̄ eſt aial ſociale ꝑ naturā: ꝛ ꝗ ſolitarius viuit aut deus eſt aut beſtia: vt dicit phs in ꝑmo libro Politicoꝝ. Sed hoies male poſſent inuicē cōuiuere ſi ſit̄ verū nō dicerēt: qꝛ ſemꝑ haberēt de verbis alioꝝ dubitare. Ideo aplus ad Epheſ. iiij. ca. Deponentes mendaciū loquimini vnuſquiſqꝫ veritatē cum ꝓximo ſuo: quoniā ſumus inuicē membra. Super iſto textu Pauli talis mouet̄ dubitatio. Nam poſſet aliqs dicere. Si aplus tantūmodo cū ꝓximis ꝑcepit veritatē dicendā: ꝫ cum ceteris poſſumus loqui mēdaciū. Et pariter cū in diuina lege dicit̄: Nō adulterabis vxorem ꝓximi tui. Si ꝓximus ſolūmodo ꝓpinquus vel chriſtianus vel amicus accipit̄: videt̄ ex hoc ꝙ adulteria in alienos iure ꝑmittit. Huic obiectiōi reſpōdet diuus Hieronymus. in. ij. libro ſuꝑ epiſtola Pauli ad Eph. iiij. ca. vbi explanat hāc apli ſniam: ſic dicens. Proximū vocat oēm hominē qui ex eodē nobiſcū parēte generatus eſt. Qd quidē ꝛ parabola ſignificat de hieruſalē i hiericho hois deſcēdentis ꝗ incidit i latrones. Et ſacerdote ꝛ leuita ꝑtereuntibꝫ/a ſamaritano curatus eſt: ꝛ ad ſtabulariū reuectus eſt. Affirmat autē poſt hec dominus eū ꝓximū ꝗ illi miſericordiā fecerit volēs oſtēdere oēs hoies oibꝫ eſſe ꝓximos. Et hō qdē ſic intellectū edificat audiētes. Hec Hieronymus. ¶ Quarto fugiendū eſt mendaciū ꝓpter fame amiſſionē Homo em̄ ꝗ aſſueſcit mendacijs nō creditur ſibi/etiāſi verū dicat. Unū Eccleſiaſtici. xxxiiij. c. Ab immūdo qd mūdabit̄: ꝛ a mēdace qd verū dicetur: Maxime autē mēdaciū reddit infames reges/ꝑncipes/dn̄os/prelatos/religioſos/ꝛ viros ſpirituales. ¶ Sed querit̄: Utrū omne mēdaciū ſit pctm̄ mortale: Et videt̄ ꝙ ſic. quia dicit̄ in pſal. ꝑ os Dauid. Perdes oēs ꝗ loquunt̄ mendacium. Et iterū Sapiētie. j. cap. Os qd mentit̄ occidit animā. Sed ꝑditio ꝛ mors anie non eſt niſi per peccatū mortale: ergo omne mendaciū eſt peccatū mortale. Pro reſponſione huius queſtionis Nota ſm Thomā in. ij. ij. c. x. ar. iij. ꝙ oē mēdaciū eſt pctm̄ ſicut etiā dicit Auguſtinus in libro ꝯtra mēdaciū. Rō huius eſt. quia illud qd eſt ſm ſe malū ex genere: nullo mō pōt eſſe bonū ꝛ licitū. Mēdaciū aūt eſt malū ex genere. Eſt em̄ actus cadēs ſuꝑ indebitā materiā. Cū em̄ voces ſint ſigna natura-

Mēdaciū fugiēdū ē qdruplici rōne.

Utrū oē mēdaciū ſic peccatum.

liter intellectū: innaturale eſt ⁊ indebitū ꝙ aliqs voce ſignificet id qđ nō habet in mēte. Vñ phs đt in .iiij. li. Ethicoꝝ. ꝙ mēdaciū eſt ꝑ ſe prauū ⁊ fugiendū: verum aūt eſt bonū ⁊ laudabile. Ideo omne mēdacium eſt peccatū. Nam mēdacium nominaꝛ ex eo qđ ꝯtra mentē dicitꝛ. Vñ mētiri eſt ꝯtra mentē ire. Mens aūt ſiue intellectꝰ eſt iocale nobiliſſimū ac digniſſimū qđ poſſit in hōie reꝑiri. Et ideo homo q̄ ꝯtra mentē loquitꝛ facit ꝯtra deū ⁊ ſeipum. Formetꝛ ḡ ſic ratio. Qui volūtarie recedit ab eo cui eſt adherendū: peccat. ſicut q̄ a regula vel a via recta recedit deuiat. ſed ſic facit mēdoſus: ḡ mēdoſus ſemꝑ peccat mētiēdo. Q, aūt mēdoſus a via recta recedat ptꝫ. qꝛ ſicut falſum eſt malū itellectꝰ cui mendoſus innititꝛ: ita veꝝ eſt bonū intellectus a q̄ mendoſus recedit: ⁊ ſic omne mēdacium eſt peccatū.

Que mēdacia ſūt mortalia ⁊ q̄ venialia

¶ Sed vt diſcutere valeas q̄ mendacia ſint mortalia ⁊ q̄ venialia Scire debes ꝙ multe diuiſiōes ſiue diſtinctiōes de mēdacio danꝛ a ſctis doctoribꝫ: ſed omnibꝫ poſtpoſitis dic ꝙ tria ſunt genera mēdacioꝝ: vt dicit glo. ſuꝑ illud Dauid. Perdes oēs q̄ loquunꝛ mendaciū. Et pariter ſctūs Thomas in .ij ij. q. cx. arti. ij.

Tria ſūt gn̄a mēdacioꝝ

Primū mēdaciū dicitꝛ officioſum: qđ fit pro ſalute ⁊ cōmodo alterius. Scđm eſt iocoſum: qđ fit aīo delectādi. Tertiū ē ꝑnitioſum: qđ fit ex malignitate ex q̄ intēditꝛ alterꝰ nocumētū.

De mēdacio officioſo vel iocoſo

Si ḡ loq̄mur de mēdacio officioſo quod fit ad aliquā vtilitatē ꝯſeq̄ndā vł ſpūalem vel tempalē ſine nocumēto alterius: talia vtplurimū ſūt venialia. ſic etiā iocoſa q̄ fiūt aut dicunꝛ cauſa ſolacij. Hinc Iſido. in .ij. li. de ſummo bono. c. xxx. ita inq̄t. Sūmopeꝛ cauendū eſt oīe mēdaciū: q̄uis nōnūq̄ ſit aliqđ mēdacij genꝰ culpe leuioris/ſi quiſq̄ ꝓ ſalute oim mētiaꝛ. Hec ille. Nota hic ꝙ mēdacia officioſa ⁊ iocoſa poſſunt eſſe ꝯtraria charitati vel rōne ſcādali vel cuiuſcūq̄ damni ꝯſequētis: ⁊ ſic poterūt eſſe mortalia: dū ſcꝫ aliqs nō vereꝛ ꝓpter ſcandalū publice mētiri. Sūt igiꝛ mēdacia etiā leuia cauēda: vt dicit Thomas in opuſculo de decē ꝓceptis: ne ꝓpter ꝯſuetudinē ducāt ad mortale.

De mēdacio ꝑnitioſo.

Sed mēdaciū ꝑnicioſum dicitꝛ illud qđ fit ꝯtra honorē dei ⁊ charitatem ꝓximi. qđ q̄dē tanto ꝑiculoſius eſt q̄nto magis charitati ꝯtrariaꝛ. Naꝫ ſi mētiaꝛ qs circa res diuinas: nō ſolū tale mēdaciū opponitꝛ virtuti charitatis: ſꝫ etiam ꝟtuti fidei ⁊ religiōis. Ideo tale mēdaciū mortale eſt ⁊ grauiꝰ oibꝫ aliis ſpeciebꝫ mēdacij. Vt ſiqs dicat ſimplicē fornicationē vel vſurā nō eſſe pctm̄ mortale: imo talia affirmare eſt hereticū. Si aūt mēdaciū ſit ꝯtra charitatē ꝓximi tanto eſt grauiꝰ q̄nto maius nocumentū intēditꝛ. Et ſimilia mēdacia merito dicunꝛ ꝑniciosa. i. mortifera: a ꝑneco ꝑnecas. i. ꝑfecte occidere: qꝛ occidūt aīam. Nota ḡ

Regnū duplex.

ſcḿ Robertū holcot ſuꝑ libꝝ Sapiētie, lectiōe. xj. ꝙ moraliter loq̄ndo ſunt duo regna ad inuicē in hac vita cōmixta: vicꝫ regnū dei ⁊ regnū mūdi. Regnū chriſti: ⁊ regnū diaboli. Regnū celeſte: ⁊ regnū terreſtre. Et ſicut iſta diſtāt in regibus ⁊ legibꝫ ita in idiomate. Nā idioma regni celeſtis eſt ꝟitas. Vñ Dauid in pſal. ait. Dñe in celo miſericordia tua: ⁊ veritas tua vſq̄ ad nubes. Et iteꝝ. Vniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas: requirētibꝫ teſtamentū eius ⁊ teſtimonia eius. Sed idioma regni terreſtris ſiue mūdi eſt falſitas. Vñ Oſee. iiij. c. dicitꝛ ſic. Nō eſt veritas ⁊ nō eſt miſericordia ⁊ nō eſt ſciētia dei in terra. Maledictū ⁊ mēdaciū ⁊ homicidiū ⁊ furtum ⁊ adulteriū inundauerūt: ⁊ ſanguis ſanguinē tetigit. Propter hoc lugebit terra ⁊ infirmabitꝛ omnis qui habitat in ea. Hec ibi. Si ḡ ſcire optas ſub q̄ rege militas vel ad qđ regnum ꝑtineas: cōſidera in q̄ idiomate cōcordas. quia loquela tua manifeſtuꝫ te facit. Caue ḡ ⁊ fuge mēdacium. Et ſic patet ex dictis reſolutio queſtionis: ⁊ ſimiliter reſponſio ad argumentū. Quoniam ille auctoritates intelligunꝛ de mēdacio ꝑnitioſo: vt exponit gloſa ſuper illđ pſal. Perdes oēs q̄ loquunꝛ mēdaciū Sed qꝛ hō ꝯtra iſtud ꝓceptū diuerſimode peccat: iō metra auctoris ꝓdicti leganꝛ ſic

¶ Qui mēdax fuerit in dānum ꝓximitatis

Uel mala q̄ dicit bona:narrās vel bona praua
Accuſans falſo:iurans eſt teſtis iniquꝰ.
Detractoꝛ odio:mendax relatoꝛ occulti.
Uel diffamatoꝛ diuulgās:⁊ manifeſta
Scedula ſi fiat detractrix:cautio ledēs.
Secretū:ratūqꝫ ſigillo:littera clauſa
Proditoꝛ ⁊ laudans:inducēs ad mala ſup̄
Illa repoꝛtari gaudēs:eſt teſtis iniquꝰ

De nono precepto diuine legis

QUia per tres gradus ad ſummū culmen iu
ſticia ꝓcedit.ſ.factis/dictis/cogitatiōibꝫ:vt ait Lactantiꝰ in.vj.libꝛo
diuinaꝝ inſtitutionū.c.xiij. Jdeo lex diuina poſt p̄cepta q̄ ꝑtinēt ad
dicta ⁊ facta ſubiūgit p̄cepta q̄ oꝛdināt hoiem ad cogitata. Nam di-
ſtant valde leges humane a diuinis:qꝛ lex humana cū ſit ab hoie:intuet̄ ſolūmō
ea q̄ apparēt exterius:iō iudicat tm̄ facta ⁊ dicta. Sed diuina lex q̄ eſt a deo:nō
ſolū exterioꝛa facta vel dicta:ſed etiā oīa interioꝛa coꝛdis radicitꝰ intuet̄. Pro
pterea dixit dn̄s ad Samuelē: vt ptꝫ.j.Reg.xvj.c.Nec iuxta intuitū homis ego
iudico.Hō em̄ videt ea q̄ parēt:dn̄s aūt intuet̄ coꝛ.Hec ibi.Et idcirco Aug.dt
ꝙ deꝰ totus oculꝰ eſt:qꝛ oia videt.totus manꝰ eſt:qꝛ omnia opat̄ totꝰ pes eſt:qꝛ
vbiqꝫ eſt Et Paulꝰ ad Hebꝛeos.iiij.c.inqt.Oia nuda ⁊ apta ſūt oculis eiꝰ.Si-
gnant̄ dicit nudā ⁊ apta:qꝛ nihil eſt ita occultū in re qd̄ dei cognitionē effugiat.
Hinc Lactantiꝰ in.vj.libꝛo diuinaꝝ inſtitutionū.c.xxiiij.dt ſic.Nihil ꝓdeſt in-
cluſam hr̄e ꝯſciam:ſi patemꝰ deo.Nullꝰ ḡ mēdacio:nullꝰ diſſimulatiōi locꝰ eſt:
qꝛ parietibꝫ oculi hoim ſubmouent̄:dei aūt diuinitas nec viſceribꝫ ſubmoueri p̄t
q̄ minꝰ totū hoiem ꝑſpiciat ⁊ noꝛit.Hec Lactātiꝰ.Quia igit̄ lex diuina oia pec
cata tā exterioꝛa q̄ꝫ interioꝛa diſcernit ac iudicat:Jō in duobꝫ p̄ceptis vltimis ꝓ-
hibet pctā coꝛdis.ſ.ꝯcupiſcentiā carnis in vxoꝛe ꝓximi ⁊ ꝯcupiſcentiā oculoꝝ in
re aliena. Quapꝛopter nonū p̄ceptū dt ſic. Nō deſiderab vxoꝛē ꝓximi tui.q̄ vba
ſcribunt̄ oꝛiginalr̄ in lib.Exodi.xx.ca.Sub q̄ quidē p̄cepto cōpꝛehēdunt̄ oia de-
ſideria carnalia illicita:ſicut ſup̄ in ſexto p̄cepto:cū dꝛ Nō mechaberis.ſub noīe
mechie icludunt̄ oia opa carnalia.Sed qꝛ talia deſideria carnis multo magis vi
dent̄ de ſe iniuſta ⁊ illicita de vxoꝛe ꝓximi.Jō expſſe h̄ ꝓhibet̄ i iſto ꝑcepto:cū dꝛ
Nō deſiderab vxoꝛē ꝓximi tui.Sup̄ q̄ p̄cepto mouent̄ aliq̄ dubia.Et p̄mo. Cū
in hoie ſit duplex ꝯcupiſcētia.Una qdē q̄ eſt actꝰ voluntatis.de q̄ dꝛ Sap̄.vj.c.
Cōcupiſcētia ſapiētie ꝑducit ad regnū ꝑpetuū.Alia vo eſt ꝯcupiſcētia q̄ eſt actꝰ — Duplex ꝯcu piſcētia
ſenſualitatis:de q̄ dꝛ Jaco.iiij. Un̄ bella ⁊ lites in vobis:nōne ex ꝯcupiſcentijs
q̄ militāt in mēbꝛis veſtris:Jō q̄rit̄:Que ꝯcupiſcētia iſtaꝝ duaꝝ ꝓhibet̄ i h̄ pre
cepto cū dꝛ Nō deſiderab vxoꝛē ꝓximi tui.Et ſimilr̄ pōt dubitari de ꝯcupiſcen
tia decimi p̄cepti qn̄ dꝛ Nō ꝯcupiſces rem ꝓximi tui. Huic q̄ſtioni reſpōdet ſan
ctus Tho.in.ij.ij.q.cxxij.ar.vj.in reſpōſiōe ad tertiū argumentū.vbi dt:ꝙ ꝑ iſta
duo p̄cepta ꝓhibitiua ꝯcupiſcētie nō intelligit̄ ꝓhiberi ꝯcupiſcētia ſenſualitatis:
qꝛ ſm̄ h̄ p̄mi motꝰ eſſent pctā moꝛtalia:vtpote ꝯtra p̄cepta decalogi exiſtētes: — Nota
qd̄ eſt falſum.Sed ꝓhibet̄ directe cōcupiſcentia volūtatis.i.cōſenſus volūtatis
qui eſt opus vel in delectatiōem.Hec Thomas.Ex quo patꝫ reſponſio ad que-
ſtionē.¶ Secūdo cōtingit dubitare:Cur in oibꝫ alijs p̄ceptis diuine legis ſub
peccato operis intelligunt̄ ꝓhiberi omnia peccata mali deſiderij ipſoꝝ operum.
De his vo duobꝫ p̄ceptis ſcꝫ Nō mechaberis:⁊ Nō furtum facies:nō ita fit:ſꝫ
dantur diſtincta p̄cepta tam operis q̄ꝫ cogitationis.Pro reſponſione huius du-

bij notāda eſt aurea ſnia ſcti Thome.q̄ in opuſculo d̄ decē p̄ceptis dr: q̄ poſt peccatū p̄moꝝ parentū ꝓpter corruptionē humane nature null⁹ euadit ↄcupiſcentiam carnis p̄ter chr̄m ꝛ puriſſimā ꝟginē. Et qn̄cūq; ↄcupiſcētia adeſt: etiā adeſt culpa venialis vel mortal'.ſ.qn̄ dn̄at. Jō Paul⁹ ad Roma. vj.c.ait. Nō ḡ regnet pctm̄ in veſtro mortali corpore vt obediatis concupiſcentijs eius. Et nota hic q̄ nō dr apl's: nō ſit pctm̄ in veſtro mortali corpore: ſed ſignanter ait: nō regnet.i. nō dominet.q2 ſicut Paul⁹ de ſeipo dr ad Roma.vij.c. Scio em̄ q2 nō habitat in me: h̄ eſt i carne mea bonū. Hoc dicit Paul⁹ ꝓpter rebellionē carnis ad ſpm̄: q̄ ꝑuenit ex pctō p̄mi parētis/q̄ pertinet ad fomitē.q2 q̄diu corp⁹ noſtꝝ eſt mortale/nō pōt eſſe q̄n in corꝑe noſtro ſit pctm̄.i.fomes pcti. Dicit autē fomes a foueo foues.inde dr fomentū.i.nutrimētū. Vel dr fomes radix. Et ſic fomes ꝭm Thomā in.iij.pte.q.xxvij.arti.ij.nihil aliud eſt q̄ inordinata ↄcupiſcētia ſenſibilis appetit⁹: habitual' tn̄.q2 actualis ↄcupiſcētia eſt mot⁹ pcti. Dicit aūt ↄcupiſcentia ſenſualitatis eſſe inordinata inq̄ntū repugnat rōni.qđ q̄dē fit inq̄ntū inclinat ad malū vel difficultatē facit in bono. Et talis fomes inq̄ntū reſpicit naturā eſt eq̄liter in oib).ſed rōne ꝑſone eſt intēſior in vno q̄ in alio. Ex q̄ patʒ q̄re dr Paul⁹: nō habitat in carne mea bonū. Sed ad ꝓpoſitū redeūdo q̄n in auctoritate p̄allegata dicit: Nō ḡ regnet pctm̄ i veſtro mortali corpore: intellige q̄ peccatū dicit regnare in corꝑe q̄n p̄mo in corde regnat ↄcupiſcētia: ↄſentiendo i op⁹ peccati. Jō Mat.v.c.dicit. Qui viderit mulierē ad ↄcupiſcēdū eā iā mechatus eſt eam in corde ſuo. Voluntas em̄ apud deū ꝓ facto reputat: vt dicit Thomas Ex dictis patʒ q̄nta ſit miſeria humane fragilitatis q̄ ex pctō Ade remāſit ꝓna ad malū ꝛ difficilis ad bonū. ¶ His dictis reſpōdeo ad q̄ſtiōem ꝛ dico: q̄ q̄uis humanū gen⁹ poſt lapſum p̄mi parētis incurrerit multas calamitates ꝛ anguſtias. Signanter tn̄ in duplicē cecidit miſeriā: videlicʒ in miſeriā mortis: ꝛ in miſeriam vite. Et idcirco natura humana poſt pctm̄ Ade ad iſtas duas ↄcupiſcentias eſt mirabil'r prona. Prio ei poſt peccatū cecidit in miſeriā mortis vel corruptionis.ideo valde appetit viuere vel ſaluari in alijs ꝑ generatiōem: ꝓpter qđ valde in ↄcupiſcētiā luxurie/fornicatiōis vel adulterij: ꝛ alioꝝ pctōꝝ carnaliū inclinatur natura corrupta. Scđo q2 poſt pctm̄ cecidit in miſeriā vite/lāguoris/infirmitatis: neceſſitatis ꝛ famis.vn̄ neceſſe fuit vt oꝑaret terrā: ꝛ haberet domuʒ et alia bona t̄p̄alia ꝓ ſuſtentatōe vite ſue. Quapropter ex tali miſeria valde inclinatur hō in ↄcupiſcentiā auaricie/furti/rapine/vſure/ꝛ hmōi. Quia ḡ maxime inclinant hoīes ad ↄcupiſcendū venerea ꝛ tēporalia.ideo ↄueniēter geminat mandatum vis generatiue ꝛ vis nutritiue. Et ſic patʒ reſpōſio ad q̄ſtionē. Sed q2 in nono ꝛ decimo p̄cepto ꝓhibet ↄcupiſcentia carnis i vxore ꝓximi.ꝛ ↄcupiſcentia oculoꝝ in re aliena: tn̄ intelligēda eſt ibi vniuerſal'r ꝓhibita ois ↄcupiſcentia male volūtatis. ¶ Ad maiorē aūt intelligentiā iſti⁹ generalis ↄcupiſcētie: qua multipl'r agitat cor humanū: ſcire debes ꝭm doctorē Grego.in.iiij.libro moraliū.ca.xxvij. q̄ quattuor modis pctm̄ ꝑpetrat in corde ↄcupiſcēdo. Et licʒ intelligat h̄ de om̄i pctō: tamē magis diſcernit in ↄcupiſcentia luxurie. Primo ḡ ꝑpetrat ſuggeſtiōe ꝑ aduerſariū. Scđo delectatiōe ꝑ carnē. Tertio ↄſenſu ꝑ ſpm̄ vel ꝑ rationem. Quarto audacia defenſiōis ꝑ elationē ꝛ ſupbiā. Et ponit ibidem Gregorius exemplum de lapſu p̄moꝝ parentum dicens. Jllam p̄mi hominis rectitudinem antiquus hoſtis his quattuor ictib) fregit. Nam p̄mo ſerpēs ſuaſit: quia occultus hoſtis mala cordib) hominū latēter ſuggerit. Scđo Eua quaſi caro delectat: q2 carnalis ſenſus ad ꝟba ſerpētis mox ſe delectatiōi ſubſternit. Tertio adā ↄſentit vt ratio. Nam aſſenſum ipē Adā mulieri p̄buit: q2 dū caro in delectatōeʒ rapit: etiā a ſua rectitudine ſpūs infirmat⁹ inclinat. Quarto audacia defenſiōis ſequit.vn̄ requiſit⁹ Adā ꝑ audaciā ↄfiteri culpā noluit.q2 ſpūs q̄ peccādo a ꝟita

Quid eſt fomes.

Quō itelligitur pctm̄ regnare i corꝑe

Hūanūgen⁹ p⁹ lapſū ade i duplicē miſeriā cecidit

Quare hō inclinat ad t̄p̄alia

Quattuor modis pctm̄ ꝑpetrat i corde.

te diſiungit̄/eo in ruine ſue audacia nequiꝰ obdurat̄. Propterea adam ꝑ audaciā culpam ſuam voluit defendere dicēs. Mulier quā dediſti mihi ſociā dedit mihi de ligno ⁊ comedi. Et ſic ptꝫ ꝙ in h̄ hūano gn̄e q̄tidie agit̄: qd̄ actū in p̄mo parēte noſtri generis nō ignorat̄. Si autē ſcire velis q̄t modis hō ad carnalia deſideria labat̄ lege carmina auctoris incogniti q̄ ita ſequunt̄.

¶ Qui cupit alteriꝰ ſponſam: noſcat̄ adulter
Affines etiā deſiderat: ⁊ moniales.
Inceſtum ſcelus ſimul: ⁊ cum virgine ſtuprū.
Et cupiens marem: ſodomitaqꝫ: beſtia bruta
Et quotiens cupit: aut etiam ſi ſit phllocaptus.
Qui delectat̄ cogitando lubrica: vel qui
Se ſomno polluit: cauſans: vel poſtea gaudens.
Ut placeat multis ornatur: ſic gloriat̄
Abſqꝫ viro ꝓprio: cui facit vt ſic amet̄
Vel ſi ruinā ꝓpēdat: vel ꝓuocādo
Alterius ſponſam cupiens morit̄ lubricādo

¶ De decimo ⁊ vltimo p̄cepto diuine legis

bulas lapideas ſcriptas digito dei: & confregit eas ad radicem montis. Arripiens que vitulum quem fecerant combuſſit et contriuit vſque ad puluerem quem ſparſit in aquam & dedit ex eo potum filijs iſrael. Deinde dixit: Siquis eſt domini iun gatur mihi. Congregati ſunt ad eum omnes filij leui/ quibus ait: Ponat omnis vir gladium ſuper femur ſuum. Ite et redite de porta vſque ad portam per medi- um caſtrorum & occidat vnuſquiſque fratrem ſuum & amicum & proximum ſuum/ feceruntque filij. Leui iuxta ſermonem Moyſi: cecideruntque in die illo quaſi vigin- titria milia hominum. Nota que vindicta ſiue ira quam oſtendit Moyſes faciens occidere tot milia hominum in vltionem ſceleris laudatur ab omnibus doctoribus catholicis. Unde diuus Hieronymus loquens de hoc facto Moyſi ad Theſi- phontem vrbicum in epiſtola que incipit: Preſumptionem meam excuſare cona retur/ dicit ſic: Phinees filijque Leui gratiam dei humana cede et ſuorum parici- dio meruerunt. Idcirco ſcire debes ſecundum Thomam in ſecunda ſecunde. q. clviij. ar ticulo. ij. que ira notat quandam paſſionem: Paſſio autem appetitus ſenſitiui in- tantum eſt bona inquantum a ratione regulatur: ſi autem ordinem rationis ex- cludat eſt mala: Ordo autem rationis in ira poteſt attendi/ quantum ad duo. Vindicta quando & quando non ſit laudabilis. Primo quidem quantum ad appetibile in quod tendit quod eſt vindicta. Unde ſi aliquis appetat que ſecundum ordinem rationis fiat/ vindicta eſt laudabilis ire appeti tus: & vocatur ira per zelum. Si autem aliquis appetat que fiat vindicta quali- tercunque contra ordinem rationis Puta ſi appetat puniri eum qui non meruit/ vel vltra quam meruit/ vel etiam non ſecundum legitimum ordinem/ vel non propter debi tum finem: qui eſt conſeruatio iuſticie & correctio culpe: erit appetitus ire vicio- ſus: & nominatur ira per vicium. Alio modo attenditur ordo rationis circa iram quantum ad modum iraſcendi/ vel ſcilicet motus ire non immoderate ferueſcat/ nec interius/ nec exterius: quod quidem ſi pretermittatur non erit ira abſque peccato etiamſi aliquis appetat iuſtam vindictam. Hec Thomas. Qua ſententia datur intelligi: que ille qui punit aliquem/ debet exequi talem punitionem cum compaſ ſione/ aliter peccat: Ideo non licet irato aliquem punire eo que compati tunc non po teſt. Unde Marcus Tullius in primo lib. de officijs. dicit ſic: Prohibenda eſt au tem ira maxime in puniendo. Propterea refert idem Tullius et pariter diuus Hieronymus: que Archita tarentinus recte laudatur qui cum villico ſuo iratus eſſet/ dixit ei: O infelix iam te (inquit) occiderem/ niſi iratus eſſem. Videmus ad ſenſum: que ſi cecus aliquis vadat impetuoſe: modicum impedimentum facit eum ruere. Sic pariter homo iratus dum ab ira agitatus eſt quicquid occurrit inua- dit. Unde talis ſimilis eſt vrſo qui quando infeſtatur ab vno/ ipſe ex ira ſurgit in illum: Si autem ſuperuenerit alius infeſtans eum/ dimittit primum et inuadit ſecundum. Sic pariter de homine irato. Nam ſi aliquis dum iraſcitur velit ſe op ponere & ipſum reprehendere: ſi poſtmodum alius accedat tunc dimittit primum & aggreditur ſecundum: Sicut conſtat de quodam ruſtico/ qui dum iraſceretur cum alio ruſtico/ vxor ſua voluit pacem componere inter eos: ſed ruſticus dimiſ ſo illo/ fuſtigauit vxorem ſuam. Ex dictis patet qualiter ira tollit miſericordiam & compaſſionem.

¶ Multa facit iracundia

Quinto quot & quanta mala facit iracundia in homine/ pulcre oſtendit Gre go. in. v. lib. mor. c. xxxj. vbi ſic dicit: Quanta ergo ſit iracundie culpa penſemus: per quam dum manſuetudo amittitur ſuperne imaginis ſimilitudo viciatur. Per iram ſapientia perditur vt quid vel quo ordine agendum ſit omnino neſciatur/ ſicut ſcriptum eſt: Ira in ſinu ſtulti requie- ſcit: quia nimirum intelligentie lucem ſubtrahit cum mentem permouendo confun- dit. Per iram vita amittitur: etſi ſapientia teneri videatur/ ſic ſcriptum eſt: Ira perdit

etiam prudentes: q.ſ. confuſus animus nequaq̄ replet: etiamſi quid intelligere
Nota. prudens valet. Per iram iuſticia relinquit / ſicut ſcriptū eſt: Ira viri iuſticiā dei non operatur: quia dum perturbata mens iudicium ſue rationis exaſperat omne qđ furor ſuggerit rect putat. Per iram gratia vite ſocialis amittit / ſicut ſcriptum eſt: Noli eſſe aſſiduus cum homine iracundo: ne ducas ſemitas eius & ſumas ſcandalum anime tue: quia qui ſe ex humana ratione non temperat neceſſe eſt vt beſtialiter ſolus viuat. Per iram concordia rumpitur / ſicut ſcriptum eſt: Vir animoſus parit rixas: & vir iracundus effundit peccata. Iracundus quippe peccata effundit: quia etiam malos quos incaute ad concordiam prouocat / peiores facit. Per iram lux veritatis amittitur / ſicut ſcriptum eſt: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: quia cum menti iracundia confuſionis tenebras incutit: huic deus radium ſue cognitionis abſcondit. Per iram ſpūſſci ſplendor excluditur: q̄ contra iuxta vetuſtam tranſlationem ſcriptum eſt: Super quem requieſcit ſpūs meus niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſmones meos. Cum enim humilem diceret / quietum protinus adiunxit. Si ergo ira quietem mentis ſubtraxit ſuam: ſancto ſpiritui habitationem claudit. Hec omnia Gregorius. Ex hac aurea ſententia Gregorij datur intelligi quanta mala iracundia facit: ideo merito a cunctis ſapientibus deteſtat. Unde Marcus Tullius in epiſtola ad Quintum fratrem ſuum / parum an̄ finem epiſtole / que incipit: Marcus Quinto: dicit ſic: Difficile eſt mutare animū & ſiquid eſt penitus inſitum moribus id ſubito euellere. Sed te illud admoneo vt ſi hoc plene mutare non potes quod ante occupatur animus ab iracundia / q̄ prouidere ratio potuit ne occuparetur: vt te autem componas: quotidie meditare reſiſtendum eſſe iracundie. Cumq̄ ea maxi-
Mag̃ ṽtus nō iraſci me animū moueat: tamen ibi eſſe diligentiſſime linguam continendam. Que quidem mihi virtus non interdum maior videtur q̄ omnino non iraſci. Nam illud eſt non ſolum grauitatis: ſed nonnunq̄ etiam lenitudinis. Moderari ṽo & animo & orationi / cum ſis iratus / aut etiam tacere & tenere in ſua poteſtate motum animi & dolorem / etſi non eſt perfecte ſapientie: tamen non eſt mediocris ingenij Hec Tullius. Iterum Marcus Tullius in primo libro officiorum ait: Fortis ṽo animi & conſtantis / eſt: non pturbari in rebus aduerſis. Et in ſcđo lib. de officijs ait: Multo maiora opa ſunt animi q̄ corporis: ſic he res quas ingenio ac ratione proſequimur grauiores ſunt q̄ ille quas viribus. Et in ſcđo lib. de ſenectute idem ſic ait: Non viribus aut velocitatibus / aut celeritate corporum res magne geruntur: ſed conſilio autoritate & ſententia. Lactantius quoq̄ in primo lib. diuinarum inſtitutionum. ca. ix. vbi loquitur de hercule / dicit ſic: Animū vincere: iracundiam cohibere: fortiſſimi eſt. qđ iṗe ſcȝ Hercules non fecit vnq̄: nec potuit: hec qui facit non modo ego eum cum ſummis viris comparo / ſed ſimilem deo iudicio. Et iterum in eodem caplo ita ſubiungit: Non enim fortior putandus eſt qui leonem q̄ qui violentam & in ſeipo incluſam feram ſuperat iracundiam: aut qui rapaciſſimas volucres deijcit q̄ qui cupiditates auidiſſimas coercet: aut qui amazonem bellatricem / q̄ qui libidinem vincit pudoris & fame debellatricem: aut qui fimū de ſtabulo q̄ qui vicia de corde eiecerit: que magȝ ſunt pnicioſa: q2 domeſtica. et ṗpria mala ſunt q̄ illa q̄ vitari poterant & caueri: ex q̄ fit vt ille ſolus vir fortis debeat iudicari q̄ temperat9 & moderat9 & iuſt9 eſt. Hec Lactanti9. Et ſilr Boecius in. iij. lib. de ꝯſol. metro. v. dic ſic.

Qui ſe volet eſſe potentem
Animos domet ille feroces
Nec victa libidine colla
Fedis ſubmittat habenis
Etenim licȝ indica longe

Tellus: tua iura tremiſcat
Et ſeruiat vltima tile
Tamen atras pellere curas
Miſeraſq; fugare querelas.
Non poſſe / potentia non eſt

Hec Boecius.

¶ Et Caſſiodorus ſup illud Dauid: Iraſcimini ⁊ nolite peccare/ ait: Melior eſt qui vincit iram/ q̄ qui capit ciuitatem. Et Seneca in lib. de Ira inq̇t: Iracundiam qui vincit/ hoſtem ſuperat maximū: Iratus etiam facinus conſiliū putat. Etiam diuus Hieronymus ſuper illud Prouerbiorum.xxix.ca. Vir iracundus ꝓuocat rixas/ dic̄ ſic: Ianua viciorum omniū/ iracundia eſt: qua clauſa: ꝟtutibus intrinſecus dabitur quies: aperta ꝟo ad omne facinus armabitur anim⁹ Hec Hieronymus. ¶ Vt autem ſub breuibus ꝯſtringam huius peccati mali- Iracundia ciam dico iracundiam eſſe matrem impietatis ⁊ crudelitatis. Vn̄ Valeri⁹ ma- eſt mr̄ crudeximus in.ix.lib.c.iij. de ira ⁊ odio dic̄: ꝙ Alexander obſcurauit omnia inclyta ge litatꝫ ſta ſua in furore iracundie ſue. Cum enim Alexander ob rerum geſtarum magnitudinem quaſi in numero deorum haberetur: ſola iracundia: non ſolum celū illi eripuit vt inter deos non ſit connumeratus: ſed omnem gloriam ⁊ honorem ei abſtulit. Cum enim celebraret poſt mirabiles victorias ſuas conuiuium in babylonia/ amicos ſuos in conuiuium vocat: In quo orta fuit queſtio de rebus bene geſtis a Philippo patre Alexandri. Cum clitus vnus ex ꝑncipibus ſuis nobilioribus fiducia regie amicicie laudabiliora egiſſe Philippum diceret: Tunc Alexander animo concitatus telo eundem tranſfixit. Sic igitur magnificentia ⁊ clementia Alexandri conuerſa eſt in iracundiam ⁊ crudelitatem: adeo ꝙ tam in ſuos q̄ in hoſtes factus eſt crudelis ⁊ humani ſanguinis inſatiabilis: vt inq̇t Paulus Oroſius/ ⁊ alij hiſtorici. Vide ſi vis ſupra vbi agitur de nono remedio contra luxuriam. Hoc idem patet de Halmicare patre magni Hannibalis q̇ (vt ſcribit Valerius maximus vbi ſupra) tanta ira ⁊ odio ſpirabat in rhomanos vt diceret ſe alere quattuor filios quaſi quattuor cattulos leoninos in ꝑniciem/ ac exterminium imperij rhomani. Ex quibus dum Hamilcar traduceret exercitium in hiſpaniam prius ſacrificauit/ vt ibi moris erat. Tunc Hannibal ꝑmogenitus eius etatis octo annorum accedens ad ſacrificium iurauit ꝙ q̄ primuꝫ eſſet adulte etatis foret atrociſſimus hoſtis rhomanorum. Qui dum excitaſſet pulueres cum pedibus ait. Tunc erit pax inter Carthaginenſes ⁊ rhomanos: quando altera iſtarum ciuitatum erit in puluerem redacta. Quod quidem ita accidit: quia Carthago a fundamentis diruta fuit a rhomanis. Nam decem et ſeptem diebus continuis arſit miſerumq; ſpectaculum cunctis prebuit. Vide de de numero captiuorum tam mulierum q̄ virorum: ⁊ de eius miſerabili deſtructione in fine quarti libri Pauli Oroſij. Sic igitur patet quantum ſit deteſtabilis iracundia. ¶ Sed queſtio animū pulſat An quis teneatur remittere iracundiam ſiue iniuriam inimico petenti? Reſpōdeo ſub breuib⁹ per talem diſtinctionem: Nam ex iniuria ſolent oriri tria. Primū eſt rancor in affectu. Secundum eſt rancoris ſignum in effectu. Tertium eſt actio ꝯtra iniuriantē. Dico ergo ꝙ ꝑmū tenetur quis ſtatim remittere etiamſi non rogetur. Secundum tenetur remittere veniam veraciter petenti: id eſt parato emendare ſc̄dum facultatem ſuam. Tertium non tenetur remittere: ſed ſemper poteſt ſi vult recompenſationeꝫ damni petere. ¶ Iterum queritur An ille cui facta eſt iniuria teneatur amiciciam querere? Reſpondeo ꝙ duplex eſt debitum perfectionis. Quantum ad primū debitum non tenetur quis reconciliationem querere ſiue amiciciam: Sed q̊ ad ſecundum dicit Chryſoſtomus ꝙ debet querere reconciliationem vt duplicē coronam conſequatur. Vnam quidem quia iniuriam paſſus eſt. Aliam ꝟo quia

prior rogauit. his dictis ſcire debes ꝙ ſex aſſignantur filie ire ſecundum Gregorium et Thomā in.ij.ij.queſtione.clviij.arti.ſeptimo. Unde Gregorius in tricesimo primo libro Moralium.capitulo.xxxiij.dicit ſic. De ira rixe tumor mentis: contumelie:clamor:indignatio:blaſphemie:pferuntur hec Gregorius. Et nota ꝙ blaſphemia ponitur ab Iſidoro filia ſuperbie. Quod quidē verum eſt vt declarat ſanctus Thomas quando blaſphemia in quā aliquis prorumpit deliberata mente cōtra deum ſe erigit: tunc enim dicitur blaſphemia filia ſuperbie: quia vt dicitur Eccleſiaſtici.x. capitulo. Initium ſuperbie hominis apoſtatare a deo id eſt recedere a veneratione eius: eſt prima ſuperbie pars. Sed illa blaſphemia in quā aliquis ꝓrumpit ex cōmotione animi eſt filia ire. Unde ꝟſus. Iratus tumet:clamat:cōuitia:rixat. Blaſphemat:prelium parat indignatio ſurgit.

Filie ire ſūt ſex.

De peccato acidie.

Quid eſt acidia.

Acidie nomen diriuatum eſt ab acis grece quod latine dicitur cura:inde dicitur acidioſus quaſi ſine cura: frigidus:ſurdus:tepidus:piger:ſtupefactus:ꝛ triſtꝭ de bono diuino:quo charitas letatur ꝛ gaudet. Ideo ſecundum Bernardum. Acidia eſt animi quidam languor:cum legere nō libet:orare non delectat. ꝛ meditationes ſollicite non ſentiuntur. Uel acidia vt idem ait eſt quidam animi torpor quo ꝗs negligit aliqua bona inchoare aut faſtidit ꝑficere. Gregorius vero dicit ꝙ acidia eſt de virtutū laudabili exercitio:vtriuſꝙ hominis languida deiectō. Sunt alij qui dicunt ꝙ acidia eſt diffidentia de proprijs viribus ꝛ de mandato dei implendo ardua triſticia. ¶ Quapropter ſcire debes ꝙ hoc vicium duobus modis nominatur.ſ. triſticia ꝛ acidia. Horum autem nominū ratio hec eſt: quia in iſto peccato cōſideratꝰ auerſio a ſpirituali bono quod eſtimatur graue: ſicut eſt ieiunare:orare ꝛ huiuſmodi. Et ratione huius dicitur triſtitia. Conſideratur etiam conuerſio ad creaturam.ſ. ad quietem que eſtimatur leuis: ideo ratione huius dicitur acidia. Sic igitur patet ꝙ hoc vitium prout vocatur triſtitia opponitur leticie ſpirituali: que eſt in ipſo exercitio ſpirituali:ſed prout vocatur acidia contrariatur fortitudini que conſiſtit in aggrediendis arduis ꝛ ſuſtinēdis aduerſis. Etiam a Ioanne damaſceno ꝛ ſancto Thoma in.ij.ij.queſt.xxxv.articu.j. Acidia dicitur quedam triſticia aggrauās que.ſ. ita deprimit animū hominis vt nihil ei agere libeat. ideo dicitur acidia quaſi acida. Sicut enim ea que ſunt acida dicuntur infrigidata vel acetoſa:quia acidus acida acidum penultima correpta idē eſt qȯ acetoſus: amarus:ſtupefactus: ꝛ frigidus. Frigus vero inducit difficultatem ꝛ tarditatem in motu. Uidemus enim ꝙ aqua quando propter frigus eſt congelata imobilis manet. Etiam ſenes quia frigidi ſunt:ideo graues ꝛ tardi ſunt ad ambulandum: ſicut econtra adoleſcentes in quibus viget calor naturalis ſunt feſtini ad ambulandum ꝛ diſcurrendum. Acidia ergo eſt quedam frigiditas ſpiritualis ſeu defectus amoris ſpūalis ꝛ fauoris diuini:ex quo ania aut non mouetur aut cum difficultate mouetur ad bene operandum. Sicut ecōtra amor dei ſm Gregoriū operatur magna ſi eſt.i. mouet ad operandum. Si vero operari renuit amor non eſt Sic igitur patet ꝙ acidia importat quoddam tediū operandi. Unde de acidioſis poteſt exponi illud Dauid in pſal.cvj. Omnē eſcā.ſ.operis ſpiritualis abominata eſt anima eorū ꝛ appropinpuauerūt vſꝙ ad portas mortis.ſ.eterne. ¶ Nota hic ſm Thomam in.ij.ij.queſt.xxxv.arti.ij.ꝙ.cum acidia ſit triſticia de ſpirituali bono:Si accipiatur ſpirituale bonum cōmuniter non habebit acidia rationē ſpecialis vicij:quia omne viciū refugit ſpirituale bo-

Duob9 modis nomiatꝰ hoc pctm̄.

num virtutis oppoſite. Nam luxurioſus triſtatur de bono continentie: ⁊ gulo-
ſus de bono abſtinentie: ⁊ ſic de ceteris. Et ideo dicendum eſt ꝙ in ſpiritualibus
bonis attenditur quidam ordo. Nam omnia ſpiritualia bona que ſunt in actib⁹
ſingularū virtutum ordinantur ad vnum ſpirituale bonum/quod eſt bonū di-
uinū circa quod eſt ſpiritualis virtus que eſt charitas. Unde ad quālibet virtu-
tem pertinet gaudere de proprio ſpirituali bono qđ conſiſtit in ꝓprio actu ſed ad
charitatem ꝑtinet ſpecialiter illud gaudium ſpirituale/quo quis gaudet de bo-
no diuino. Et ſimiliter illa triſticia qua quis triſtatur de bono ſpirituali: quod
eſt in actibus ſingularum virtutū nō pertinet ad aliqđ vicium ſpeciale ſed ad
omnia vicia. Sed triſtari de bono diuino de quo charitas gaudet ꝑtinet ad ſpe-
ciale viciū qđ acidia vocatur. Ex dictis patet quid ſit acidia.

¶De filiabus acidie.

Habet autem acidia ſex filias ſecundū Gregorium in.xxxi.lib.moralium. Filie acidie.
h capi.xxxiii. Et Thomam in.ii.ii.q.xxxv.arti.iiii. que ſunt malicia rancor
puſillanimitas deſperatio. Torpor circa precepta: euagatio mentis circa
illicita. Prima filia acidie vocaē malicia Sed nota ſm Thomā. vbi ſupra in re
ſponſione ad.ii.ar. ꝙ non accipiē hic malicia prout eſt genus viciorꝫ.ſ.pro habitu Prima
vicioſo ſed prout importat faſtidium bonorꝫ ſpiritualiū. Eſt autem malicia ſm
Auguſtinū voluntas machinandi malum alicui. Cum autem quis iniuriaē al-
teri tunc iraſcitur ⁊ poſtea triſtatur. Uel malicia vt idem ait.eſt per quā morib⁹
deceptorijs veritate palliata vel odium alterius vel ꝓprium commodum atten-
ditur. Uel ſm Ambroſium. Malicia eſt mentis atqꝫ animi deprauatio a tra-
mite veritatis deuia. Et ꝓprie malicioſus diciē callidus: aſtutus: verſutus: ſub-
dolus: inſidioſus. ¶Scđa filia acidie eſt rancor. Dicitur rancor a ran qđ ē ira.
Ideo rancor ꝓprie eſt inueteratū odium vł indignatio ſiue amaritudo mentꝭ in- Scđa
ueterata. Sicut em̄ ex charitate ſunt opa bona: ex q̄bus eſt cōfirmatio charita-
tis: Ita ex ira eſt acidia: ex acidia vero vetuſtas ire. Sed rancor prout ē filia aci-
die non accipitur pro odio: vt dicit Sanct⁹ Thomas. vbi ſupra: ſed pro indigna
tione cōtra iducentem ad bona. ¶Tertia filia acidie eſt puſillanimitas. Dici- Tertia
tur autem puſillanimus vel puſillanimis quaſi puſillum habens animū. Puſil-
lus autem deriuatur a puſio quod eſt paruus. Oritur autem puſillanimitas ex
diffidentia ꝓueniente ex conſideratione proprie infirmitatis vel operis ardui.
Unde acidioſus vel puſillanimis reputat quaſi ardua nimis ad obſeruandum
conſilia ⁊ diuina precepta. Sed vere deiecte mentis eſt que famulari regi renu-
it: cum vocatur ad regnum. Hinc Seneca. Contentus eſto negocijs in que de-
ſcendiſti nec luctare cum officio quod ſemel cepiſti. Turpe eſt oneri cedere.
¶Quarta filia acidie eſt deſperatio. Dicitur autē deſperatio a de ⁊ ſpero. Un- Quarta
de deſperare eſt a ſpe ceſſare: vt quando ad bene operandum de proprijs viribus
de dei miſeratione: de premij remuneratione facit diffidere ⁊ ab vltimo fine re-
cedere per ſimilitudinem infirmorum: qui ſine ſpe et fiducia ſanitatis moriun-
tur. Ideo diffidentia meritorū: mater eſt diffidentie premiorū ex qua oritur tri-
ſticia. Unde Hugo.in.li.de vera ſapientia ſic ait. Prima ſalus eſt declinare cul-
pam. Scđa non deſperare veniam: quia ipſe ſe in eternum punit qui apud ve-
rum iudicem ad penitentiam non recurrit. Et Ambroſius inquit. Incumbit
virtuti ſeculi qui deſperat de adiutorio dei. ¶Quinta filia acidie eſt torpor cir-
ca precepta. Eſt autem torpor languor: pigritia frigus: ſtupor circa bona ſpūalia Quinta
⁊ diuina p̄cepta inchoāda ⁊ ꝓſequenda. Uel torpor eſt q̄dam inſenſibilitas ꝓpt
quā hō non pōt induci ad executionē mādatorꝫ dei. Unde. Mar. Tul. in li. de

Tuſcula. queſt. ait. Acidia eſt pigritia ꝛ fatigatio animi qua quis bonū inchoatum conſūmare faſtidit. ¶ Sexta filia acidie dicitur euagatio mētis circa illicita. Cū em̄ acidioſus a licitis ꝛ ſpūalibꝫ abſtinet quaſi ea vilificās ꝛ ꝯtemnēs: tūc ſpūali gaudio deſtitutꝰ in rebus exterioribꝫ ꝛ illicitꝫ ꝯſolationē q̄rit: in eis q̄etem hr̄e volēs. Vn̄ Grego. ait. Acidioſus non hn̄s in ſe vn̄ letet̄ querit foris. ſicut illi qui nō poſſunt gaudere de ſpūalibꝫ delectatōibꝫ ad corporales ſe trāſferūt. Ad euagationē aūt mētis ꝑtinent octo. ſcꝫ ocioſitas: ſomnolētia: importunitas: mētis inq̄etatio: torpor: inſtabilitas: ꝟboſitas: curioſitas. Que Iſido. in libro d̄ ſūmo bono d̄t oriri ex acidia. Vide ſanctū Tho. in. ij. ij. q. xxxv. ar. iiij. in reſpōſione ad tertiū argumentū. ¶ Nota ꝙ iſta euagatio mētis q̄n̄qꝫ eſt ꝑticularꝭ ꝛ certā hꝫ materiā: ꝛ ſic ꝯuenit oībꝫ vitijs. Q̄n̄qꝫ ē gn̄alis ꝛ incerta: ꝛ hec eſt ꝓprie euagatō acidie. Ille em̄ q̇ eſt abſorptus triſtitia acidie: nō hn̄s in ſe vn̄ delectet̄ vagat̄ ad om̄ia querēs requiē delectatiōis ꝛ nō inuenit: q꞉ in bonis fallacibꝫ nō inuenitur vera quies. Ideo ex tali euagatiōe plerūqꝫ afficit̄ tedio vite p̄ſentis: iuxta illud Job. x. capi. Tedet animā meam vite mee. Et Dauid in pſal. ait. Dormitauit

Triſticia laudabilis

aīa mea pre tedio. Quod quidē tediū eſt quedā triſticia animi ex miſerabili vita iſtius mundi. Et ideo q̄n̄ iſta triſticia procedit ex deſiderio celeſtis patrie ꝛ dei amore cōſiderando q̄ꝫ dulce ſit q̄ꝫ ſuaue: q̄ꝫ vtile videre deū: eo frui: ſanctoꝝ angeloꝝ agminibꝫ intereſſe: ad que om̄ia obtinenda creatus eſt. Et econtra: q̄ꝫta obſcuritas mentis ſit ignorare creatorem ſuuꝫ: q̄ꝫ graue periculum: q̄ꝫta impuritas q̄ꝫta inſtabilitas cordis: q̄ꝫta ingratitudo ꝓ tot ac tantꝭ beneficijs receptis: Bona eſt talis triſticia, laudabilis et meritoria. Hoc tedium ſe habere oſtendebat

Triſticia vituꝑabilis

Dauid, qui in pſalmo ait. Heu me q꞉ incolatus meus ꝓlongatus eſt. Et Paulus qui dicebat. Cupio diſſolui ꝛ eſſe cum chriſto. Sed ſi homo haberet tedium de vita preſenti aut quia nō habet illam proſperitatem quā vellet: aut illos honores vel diuitias vel voluptates quas cupit. Et pariter cū audit vel videt alios proſperari vel honorari vel ditari ex hoc ita contriſtatur ꝙ vellet non viuere: negligens ſeipſum ꝛ propriam conditionem. Cum autem ita deijcitur mente vel ratione deliberata: appetit tolli a mundo vel ſe non fuiſſe natū. vel quaſi animal brutum affectat mori quacunqꝫ morte: etiam in malo ſtatu anime: Tale tediuꝫ eſt acidia mortalis ꝛ grauiſſimum peccatum: nec ſeruus dei habet vnq̄ꝫ tale tedium. Unde ſapien. viij. capitulo dicitur ſic. Non enim habet amaritudinem cōuerſatio illius: nec tedium conuictus illius: ſed leticiam ꝛ gaudium. Et nota ꝙ loquitur de vera ſapientia cum qua conuerſatur et viuit qui dei gratiam habet. Mundi autem amatores qui illa carēt dicūt id quod ſcribitur Sapientie. ij. c. Exiguum ꝛ cum tedio eſt tempus vite noſtre ꝛ non eſt refrigerium in fine hominis: ꝛ non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus: et poſt hoc erimus tanq̄ꝫ nihil fuerimus. Ideo ad vitandum hoc tediū dicunt qd̄ ſequitur in eodem capitulo. ſic. Venite ergo et fruamur bonis que ſunt: ꝛ vtamur creatura tanq̄ꝫ in iuuentute celeriter: vino precioſo ꝛ vnguentis nos impleamus: ꝛ non pretereat nos flos tempis. Coronemus nos roſis anteq̄ꝫ marceſcāt nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra: vbiqꝫ relinquamus ſigna leticie: quoniā hec eſt pars noſtra/ ꝛ hec eſt ſors noſtra. hec ibi. Ex dictis patet de filiabus acidie.

¶ Omnes creature deteſtantur acidiam.

c Onſequenter acidiam deteſtantur omnes creature q̄ ſub quattuor generibus comp̄hendūtur. Primo creature intellectuales: vt ſunt angeli:

archangeli:ꝑncipatus:poteſtates:ꝟtutes: dn̄ationes:throni: cherubin.et ſera-
phin:q̄ nūq̄ȝ a diuinis laudibꝫ q̇eſcūt:ſed inceſſabili voce ꝓclamāt.ſctūs ſanctus
ſctūs dn̄s deus ſabaoth.Et Job.xxxviij.c.ait dn̄s. Ubi eras cū me laudarēt ſil'
aſtra matutina ⁊ iubilarēt oēs filij dei:id eſt angeli q̄ dicūtur filij dei ⁊ aſtra ma
tutina: qꝛ a ꝑncipio fuerūt creati cū celo empireo ante diſtinctionē elementoꝝ.
Et qꝛ teſte Iſidoꝛo angeloꝝ nomē officij eſt:nō nature. Ideo angeli oīa officia
diuine ꝓuidētie celeri obediētia ꝑficiūt. Un̄ Iſidoꝛ⁹ in li.j. de ſūmo bono.c.xij.
d̓r ſic. Boni aūt angeli ad miniſteriū ſalutꝫ hūane deputati ſūt: vt curas admi-
niſtrēt mūdi:⁊ regāt oīa iuſſu dei.teſtante apl'o. Nōne oēs inq̄t ſunt adminiſtra
toꝛij ſpūs in miniſteriū miſſi ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt ſalutꝫ. Hec Iſidoꝛ⁹.
¶ Scđo creature ſenſibiles deteſtāt᷑ acidiā. Un̄ apes:aranee:foꝛmice ⁊ cetera Scđo
viliſſima aīalia arguūt toꝛpoꝛē:pigritiā:ocioſitatē ad deſidiā hoīs. Hinc ſalo-
mon ꝓuerb.vj.c.ait. Uade ad foꝛmicā o piger:⁊ ꝯſidera vias ei⁹ ⁊ diſce ſapiētiā:
q̄ cū nō habeat ducē ⁊ p̄ceptoꝛē:nec principē: parat in eſtate cibū ſibi ⁊ cōgregat
i eſtate qđ comedat: vſq̄ȝquo piger doꝛmis q̄n̄ ꝯſurges a ſomno tuo. Hec Sa-
lomon. Sup̄ q̄ textu diu⁹ hiero. plr̄a notabilia ſcribit in.j.li.ſup̄ ꝑabolas ſalomo
nis:ſic dicēs. Hinc vacātē hoꝛtat᷑ quēq̄ȝ:vt ſi ad alios erudiēdos nō ſufficit ſaltē
curā agere nō negligat. etſi ſapiētiā docēdi neq̄t ab hoīe diſcere vl' opari:ſcientiā
diſcat a foꝛmica. Foꝛmica d̓r ſtrenuus q̄ſq̄ȝ ⁊ ꝓuidus opari⁹ q̄ in p̄ſenti vita velu
ti i eſtate fruct⁹ iuſticie q̄s in eternū recipiat ſibi recōdit. Et ſubiūgit Hiero.ſic.
Si tantillū aīal ꝑncipe carēs ⁊ rōnis expers:natura duce ſibi ꝓuidet i poſterū:
mltomagꝫ tu ad imaginē dei ꝯditus ad vidēdā ei⁹ glīaȝ vocat⁹ doctoꝝ magiſte-
rio adiut⁹:ipm̄ cōditoꝛē hn̄s ducē:debes i p̄ſenti bonoꝝ opeꝝ fruct⁹ ꝯgregare q̄-
bus i eternū viuas in futuro. Hec em̄ vita i eo meſſi ꝯparat᷑ ⁊ eſtati:ꝙ nūc inter
ardoꝛes tētationū:tp̄s ē colligēdi futuroꝝ merita p̄mioꝝ. At dies iudicij: hye-
mis ſimilat᷑ frigoꝛibꝫ:qꝛ tūc nimirū nulla relinq̄t᷑ facultas ꝓ vita laboꝛādi: ſꝫ tm̄
cogit᷑ q̄ſq̄ȝ de hoꝛreo p̄riſce actiōis qđ recōdidit ꝓferre. ⁊ ifra ſubiūgit. Uſq̄ȝquo
in q̄t doꝛmis in vicijs q̄n̄ potes reſurgere ad bn̄ opandū.q̄ noxio toꝛpoꝛe depſſus
ſp̄ dicis. Paululū adhuc iacebo:⁊ ſic poſtea penitēdo reſurgam. Fit nāq̄ȝ vt te ſp̄
differēte opus bonū repēte iudex q̄ mala facta tua puniat adſit. H̄ eſt em̄ qđ ſeq̄t᷑
Et veniat tibi q̄ſi viatoꝛ egeſtas ⁊ paupies q̄ſi vir armat⁹ Hec hiero. ¶ Tertio
acidiā deteſtāt᷑ creature hn̄tes aīam vegetabilē vt plāte ⁊ arboꝛes q̄ ꝯtinue cre- Tertio
ſcēdo ad q̄ntitatē magnā ꝑuenire conant᷑. Suſtinēt tn̄ mlta aduerſa frigoꝛa:grā
dines:ventos:hyemē: ⁊ intēperiē aeris:imo ſinglis annis auferūt᷑ ab eis folia:
floꝛes:fruct⁹: nec ꝓpt᷑ h̄ deſiſtūt q̄n habita opoꝛtūitate laboꝛādi opant᷑ fructificā
do aut germinādo. Jō flante zephyro frōdeſcūt ſilue ⁊ prata vireſcūt. hinc ꝑ os
ꝟitatis d̓r nob Mat.vj.c. Cōſiderate lilia agri quō creſcūt. Dico aūt vob ꝙ nec
Salomō in oīmi glīa ſua coopt⁹ eſt ſic vnū ex iſtis. ſup̄ q̄ textu diu⁹ Hiero.in.j.
li.ſup̄ Matth.d̓r ſic. Et reuera Qđ ſericū: que regū purpura: Que pictura tex-
tricū pōt floꝛibꝫ comparari: Quid ita rubet vt roſa: Quid ita candet vt lilium:
Uiole vero purpurā nullo ſuperate murice.ocl'oꝝ magis q̄ȝ ſmonis iudiciū eſt.
Hec Hiero. ¶ Sol luna ⁊ aſtra acidiaȝ deteſtantur.

q Uarto acidiā deteſtant᷑ creature inaniate:ſic ſol:luna:⁊ aſtra. Que coo-
tinue radios claritatꝫ ſue ſup̄ nos diffundūt:nec vnq̄ȝ q̇eſcūt: ſed aſſiduo
motu ſpheras ſuas ab oꝛiēte in occidentē diſcurrūt. Uere mirabile eſt vi
dere ſollicitudinē coꝛpoꝝ celeſtiū. Precipue aūt ſolis q̄ cuȝ ſit octies maioꝛ tota
terra ⁊ fons totius luminis ꝯtinue reuertit᷑ ad oꝛientē: ⁊ flectit᷑ in occidentē:lu-
ſtrans coꝛpoꝛa ſupioꝛa ⁊ iferioꝛa. hinc Salomō Eccl's.j.c.d̓r ſic. Oꝛit᷑ ſol ⁊ occi-
dit:⁊ ad locū ſuū reuertit᷑ ibiq̄ȝ renaſcēs: gyrat ꝑ meridiē ⁊ flectit᷑ ad aq̄lonē lu-
ſtrās vniuerſa in circuitu ꝑgit ſpūs:⁊ in circulos ſuos reuertit᷑. hec ibi. Sup̄ quo

textu diuus Hiero. in explanatione ſup eccleſiaſtẽ dt ſic. Sol iſte q̃ in luce mor⸗talib9 datus eſt interitũ mundi ortu ſuo quotidie indicat ⁊ occaſu. Cui poſtq̃ ar⸗dentẽ rotam oceano iũxerit p icognitas nobis vias ad locũ vnde exierat regre⸗ditur. Expletoq̃ noctis circulo rurſum de thalamo ſuo feſtinus erumpit. Hec Hiero. Etiã boecius in. j. li. de cõſo. metro. v. dicit.

¶ O ſtelliferi conditor orbis.
Qui perpetuo nixus ſolio.
Rapido celum turbine verſas.
Legemq̃ pati ſidera cogis.

¶ Et iterũ ſubiungit ſic.

¶ Nihilq̃ antiqua lege ſolutum.
Linquit proprie ſtationis opus.
Omnia certo fine gubernas.
Hominũ ſolos reſpuis actus. Hec Boecius.

¶ Iterũ in. iij. li. metro. ix. idem Boecius ſic ait.

O qui perpetua mundũ ratione gubernas.
Terrarũ celiq̃ ſator qui tempus ab euo.
Ire iubes: ſtabiliſq̃ manẽs: das cuncta moueri. Hec Boeci9. Lactãtius quoq̃ collaudãs ordinẽ mirabilẽ diuine puidentie corporũ celeſtiũ in. j. lib. diuinar institutionũ. c. ij. dicit ſic. Nemo eſt em̃ tam rudis tam feris morib9 qui nõ oculos ſuos in celũ tollens: tam⁊ſi neſciat cui9 dei puidentia regat hoc om̃e qđ cernit aliquẽ tñ eſſe intelligat ex ipſa rerũ magnitudine motu diſpoſitione: cõſtantia: vtilitate: pulcritudine: temperatione. Nec poſſe fieri quin id qđ mirabili rõne cõſtat: niſi ꝯſilio maiore aliquo ſit inſtructũ. Hec Lactãtius. Patet itaq̃ ex di⸗ctis ꝙ oẽs creature acidiã ⁊ ociũ deteſtãtur. ¶ Hinc deuotiſſim9 doctor Ber⸗nardus in ep̃la ad robertũ nepotẽ ſuũ: paruʒ ante finẽ ep̃le dicit ſic. Tolle ociũ: exerce vires: moue brachia. cõploſas explica manus: exercita te in aliquo: ⁊ ſta⸗tim ſenties: ſola te apperere q̃ famẽ tollãt nõ que fauces demulceãt. Reddet q̃⸗dem ſapores reb9 exercitiũ quos tulit inertia. Multa q̃ reſpuis ocioſus poſt la⸗borẽ ſumes a deſiderio. Siquidẽ ociũ parit faſtidiũ: exercitiũ famẽ. Fames aũt miro modo dulcia reddit que faſtidiũ fecit inſipida. Olus: faba: pultes: paniſq̃ cibari9 cum aqua: quieſcẽti quidẽ faſtidio ſunt: ſed exercitato magne videntur delicie. Hec Bernar. Et in ſmone ſancti Andree idẽ dicit ſic. Nos miſeri ⁊ mi⸗ſerabiles vicinis tot ſerpentib9 ⁊ igneis telis vndiq̃ volãtib9: inſurgẽtib9 inimi⸗cis: nihilo minus pnitioſa ſecuritate ⁊ negligẽtia dormitam9: torpem9 ocio: va⸗nitatib9 ⁊ ſecurrilitatib9 indulgem9 tã pigri ad ſpũalia exercitia: acſi iã pax ſit ⁊ ſecuritas: ⁊ nõ ſit militia vita hominis ſup terrã. Hec Bernard9. ¶ Etiã Gre⸗gorius in. v. li. moraliũ. ca. xxij. ptractans illud Iob. iiij. ca. Quando ſolet ſopor occupare hoĩes: dicit ſic. Sunt nãq̃ nõnulli qui mundi actiões fugiũt: ſed nul⸗lis virtutib9 exercent. Hi nimirũ torpore nõ ſtudio dormiũt. Et idcirco interna non cõſpiciunt q2 caput nõ in lapide: ſed in terra poſuerũt. Quib9 plerumq̃ cõ⸗tingit vt q̃to ſecurius ab externis actionib9 ceſſant: tanto latius imunde cogi⸗tationes ſtrepitũ per ocium congerãt. Vñ ſub iudee ſpecie p pphetam torpens ocio anima defletur cum dicit. Viderunt eam hoſtes ⁊ deriſerunt ſabbata ei9. Precepto etenim legis ab exteriori ope i ſabbato ceſſatur. Hoſtes ergo ſabba⸗ta videntes iriident: cum maligni ſpirit9 ipſo vacationis ocio ad cogitationes illicitas pertrahunt: ⁊ vnaqueq̃ anima quo remota ab externis actionib9 ſer⸗uire deo creditur: eo magꝭ eorum tyrannidi illicita cogitando famulet. Et iter ſubiungit Grego. ſic. Sancti autẽ viri qui a mundi opibus non torpore: ſed vir⸗tute ſopiuntur: laborioſius dormiunt q̃ vigilare potuerũt: quia in eo ꝙ actiões

Hortatõ ad vigilantiã.

Aurea v̾ba.

Immunde cogitatiões oriũt ex ocio

huius seculi deſerentes ſuperant robuſto conflictu quotidie contra ſemetipſos
pugnant: ne mens ꝑ negligentiam torpeat: ne ſubacta ocio ad deſideria immun-
da frigeſcat: ne ipſis deſiderijs bonis plus iuſto inferueat ne ſub diſcretionis ſpe
cie ſibimet parcendo a perfectione langueſcat. Hec Gregorius. ¶ Et pariter di
uus Hieronymus ad Ruſticum monachum de vita monaſtica/ epl'a incipit: Ni
hil chriſtiano felicius/ ita inquit: Nunq̃ de manu tua ⁊ oculis tuis liber diſcedat
pſalterium diſcatur ad ꝟbum: oratio ſine intermiſſione: vigilet ſenſus: nec vagis
cogitationibus patens corpus pariterq̃ animus tendat ad dominũ. Iram vin-
ce patientia: ama ſcientiam ſcripturarum: ⁊ carnis vicia non amabis: nec vacet
mens tua varijs ꝑturbationibus que ſi pectori tuo inciderint dominabunt tui:
⁊ te deducent ad delictum maximũ. Facito aliquid operis vt te ſemꝑ diabol⁹ in-
ueniat occupatum. Et iterum in eadem epiſtola ita ſubiungit Hieronymus di-
cens: In deſiderijs eſt omnis ocioſus. Egyptiorum monaſteria hunc morem te-
nent vt nullum abſq̃ labore ⁊ ope ſuſcipiant: non tam propter victus neceſſaria/
q̃ propter anime ſalutem: ne vagentur vicioſis cogitationibus. Et inſtar forni-
cantis hieruſalem omni tranſeunti diuaricent ſedes ſuas. Hec Hieronymus.
¶ Idem Hieronymus ad Demetriam in epiſtola que incipit: Si ſummo inge Nota aurea
nio pariq̃ fretus ſcientia/ dicit ſic: Feruentiſſimi in terrenis: frigidiſſimi in cele- ꝟba.
ſtibus ſumus: ⁊ ſummam in rebus paruis exhibẽtes alacritatem: ad maiora tor
peſcimus. Conſiderare pudet quantus ſit feruor in ſeculo: qua cura ſingula que- Nota.
q̃ ſtudia hominum: quotidie ad perfectiora nitantur. Litterarum ardor nulla
prorſus etate extinguitur: imo vt ſecularis autoris vtar ſententia: ipa mag; eta-
te inflammatur: diuitiarum amor inſatiabilis ẽ: expleri neſcit honorum cupido.
Celerem habiture res finem ſine fine queruntur. Nos diuinam ſapientiam cele
ſtes diuitias: immortales honores: pigra quadam diſſimulatione negligimus ⁊
ſpiritales diuitias aut non attingimus: aut ſi leuiter deguſtauerimus continuo
nos putamus eſſe ſatiatos. Aliter nos diuina ſapientia ad ſuas inuitat epulas/
dicens: Qui edunt me adhuc eſurient: et qui bibunt me adhuc ſitient. ¶ Ite-
rum circa finem eiuſdem epiſtole/ ita inquit Hieronymus: Omne opus leue
ferri ſolet cum eius precium cogitatur: et ſpes premij ſolacium eſt laboris. Sic
durus agricola inaratum diu campum ⁊ pinguiores ocio glebas violento vome
re ſcidiſſe ſe gaudet. Et mirum in modum ipa operis difficultate letus: ſpeciem Nota dilige
ſegetis de labore metitur. Sic negociator auidus: maria contemnit ſpectare au- ter.
ſus fluctuum ſpumas rabiemq̃ ventorum: dumq̃ in omni labore ac periculo lu
crum cogitat: et laſſitudinem ſimul obliuiſcitur et timorem. Conſidera queſo
magnitudinem premij tui/ ſi tamen conſiderari poteſt. Quicquid immenſum Excitat ad
eſt poſt abſceſſum anime: poſt carnis interitum: poſt fauillas et cinerem in meli- celeſtia de-
orem ſtatum virgo reparanda eſt. Mundatum terrenum corpus/ in celum ele- ſideria
uandum eſt: Poſt hec angelorum es donanda conſortio regnum acceptura ce-
lorum: et in perpetuum manſura cum chriſto. ¶ Quid igitur retribues domi-
no pro omnibus que retribuit tibi? Quid tanto remuneratore dignum facies?
Aut quem laborem durum putabis: cuius tanta ſunt premia? Unde beatus
Apoſtolus: Nulle (inquit) ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futu-
ram gloriam que reuelabitur in nobis. Hec Hieronymus. ¶ Et ad virgines
deo dicatas/ Epiſtola incipit: Quantam in celeſtibus beatitudinem. Ita dicit
Hieronymus: Nolo enim in hoc putes conſtare iuſticiam/ vt malum non fa-
cias: cum et bonum non facere malum ſit: et in vtroq̃ legis preuaricatio conti-
netur: Quoniam qui dicit recede a malo: et ipe dicit fac bonum. Si a malo re- Sententia
ceſſeris: et non feceris bonũ/ trãſgreſſor es legis: q̃ nõ tm̃ in maloꝝ actuũ abomi aurea.

natione: ſed in bonorum operū pfectione complet. Nec; em̄ hoc ſolū tibi pcipit vt veſtitū nō ſpolies ſuis indumētis: ſed vt ſpoliatos operias tuis veſtimētis. Neq; vt habēti panē nō auferas ſuū: ſed vt nō hn̄ti tu libēter impertias: neq; ſolū vt pauperē nō repellas hoſpitio ſuo: ſed vt pulſū ⁊ nō habētē recipias tuo. Preceptū eſt em̄ nobis flere cū flentibꝫ. Quomodo cū illis flemꝰ ſi in nullo eorum neceſſitatibꝫ participamꝰ. Hec Hiero. ¶ Tandē hieronymꝰ ad amicū egrotū cōſolatoria. epl'a incipit. Quā q; certiſſime nouerim: dꝫ ſic. Imperfectū ac languidū bonū eſt. In ociū ſine certamine pfecta ptus. Et breuit p complemēto huiꝰ pcti acidie: Nota q; plures ſunt laborātes q̄ iudicātur ocioſi. Et ſunt alij q̄ ocioſi videtur: q̄ tamē in cōſpectu eterni iudicis ſunt diligētes ⁊ ſolliciti. Vn̄ Bernardus ait. Ocioſus eſt nō tantū q̄ nihil opatur: ſed q̄ cōtinue laborādo nihil tamē lucrat. Si aūt ſcire vis q̄t modis efficit quis ocioſus, lege pſus ſequētes.

¶ Triſtis: maliciā parit: blaſphemat: ⁊ odit.
Deſperat: torpet: piger: ⁊ puſillanimis extat.
Vndiq; vagatur: ptractans mollia mente.

¶ De quinq; ſenſibꝫ corporeis p quos peccata ingrediūtur ad animā.

O Mnes ſenſus relucēt in facie ſicut patꝫ in viſu: auditu: olfatu. guſtu. Tactus autē p totū corpus diffuſus eſt: lꝫ magꝫ vigeat in corde. Ideo facies teſte. Iſidoro in. xj. li. ety. ca. j. dcā eſt ab effigie. Ibi em̄ facta eſt tota figura hois et vniuſcuiuſq; pſone cognitio. Mirabile eſt valde q; facies innūerabiliū hoim ſunt diſſimiles: ⁊ fortaſſis q̄nta eſt i ſpecie vultꝰ diuerſitas tāta eſt in animis: iuxta illō Ouidij. Pectoribꝫ mores tot ſūt q̄t in orbe figure. Vultꝰ pō dictꝰ eſt/ q; p eū volūtas oñdit animi: ſm volūtatē em̄ in varios motꝰ mutat. Ideo vultꝰ (qui a volūtate denominat teſte caſſiodoro) ſpeculū quoddā eſt anie: ⁊ qō ſpecialr nō cernit: p eiꝰ habitū euidentiſſime declarat. Vel facies dr̄ a facio facis: q; facit noticiam hois. Hinc hiero. ad furiā de viduitate ſeruanda. epl'a incipit. Obſecras lr̄is ⁊ ſupplr deprecaris. ita inq̄t. Speculū mētis eſt facies ⁊ taciti oculi cordis fatent arcana. Auguſtinꝰ quoq; ptractās illud Gen̄. ij. c. Inſpirauit in faciē eiꝰ ſpiraculū vite: dꝫ ſic. Facies hois eſt in q̄ relucēt pcipua opatio ⁊ magiſteriū dei q̄ tam paruo loco ſpacio faciei oīa organa ſentiendi ꝯſtituerit ſpirauerit q; in faciē hois ſpiraculū vite. Hec Augu. Et lactātius in lib. de opificio dei ad demetrianū auditorē ſuū. c. viij. dꝫ ſic. Cū igit ſtatuiſſet deꝰ ex oībꝫ aīalibꝫ ſolū hoiem facere celeſtē: priorē partē que dr̄ facies ncarijs mēbrorum miniſterijs ⁊ iſtruxit parit ⁊ ornauit. Hec lactātius. Propterea ſalomō pūerb. xvij. c. ait. In facie prudentꝫ lucet ſapiētia. ⁊ Eccli. xiij. c. Cor hois imutat faciē illiꝰ: ſiue in bona ſiue in mala. Itē Eccli. xix. c. Ex viſu cognoſcit vir: ⁊ ab occurſu faciei cognoſcit ſenſatꝰ. Sup q̄ pbo Nicolaus de lira dꝫ ſic. Cordis diſpoſitio magꝫ apparet in facie in q̄ vigent oēs ſenſus q̄ꝫ in alijs ptibꝫ corporeis: ⁊ potiſſime in oclis q̄ citiꝰ imutant a corde pter humiditatē ꝯplexionis. Et ideo ſi in oclis appareat magna maturitas: et honeſta. iudicat hō ſenſatꝰ: ⁊ ecōtrario: q; vt dr̄ Eccli. xxv. c. Nequitia mlierꝫ immutat faciē eiꝰ. Hinc Chryſoſtomꝰ ſup illud Matth. vj. c. Faciē tuā laua. dꝫ ſic Spiritualit aūt facies anie ꝯſciētia intelligit. Sicē em̄ in ꝯſpectu hoim gratioſa eſt facies pulcra: ſic in oclis dei ſpecioſa eſt mūda ꝯſciētia. Hec Chryſoſto. Senſus igit corpis hūani ſunt quinq;: viſus: auditus: odoratus: guſtus: ⁊ tactus. ex q̄bus tres aperiūtur ⁊ claudunt: duo ſemp patentes ſunt.

¶ Primus ſenſus eſt viſus cunctꝫ viuacior.

p Rimus ſenſus eſt viſus q̄ teſte Iſidoro in. xj. li. etymo. ca. j. viuacior eſt ceterꝫ ſenſibꝫ ac pſtātior ſiue velocior ampliuſq; vigeat q̄tū memoria in

ter cetera mētis officia. Vicinioꝛ eſt em̄ cerebꝛo vn̄ oīa manāt. ex q̄ fit vt ea q̄ ad alios ꝑtinēt ſenſus videre dicam⁹. veluti cū dicim⁹: vide quō ſonat. vide q̄d ſapit. ſic ꝛ cetera. Hec Iſidoꝛ⁹. Idcirco mēs ꝛ volūtas ex oculis ſepe dinoſcit̄. teſte Lactātio in li. de opificio dei. c. viij. Etiā Lactāti⁹ in. vj. li. diui. inſtitutionū c. xx. dr̄ ſic. Voluptas oculoꝝ varia ꝛ multiplex q̄ capit̄ ex aſpectu reꝝ q̄ ſūt i vſu hominū: vel natura vł ope delectabiles: vide ibi plura de h̄ ſenſu viſus q̄ Lactantius pulcre diſſerit. Et ſicut ait Ambꝛo. in lib hexame. Sūt em̄ oculi ſpeculatores noſtri die ac nocte excubāt. Nā ꝛ a ſopoꝛe mēbꝛis ceteris citi⁹ excitant̄. Et vigilātes circūſpectāt oīa ꝛ tanq̄ in ſummo locati vniuerſa ꝓſpectāt. Hec Ambꝛoſi⁹. Etiā Ariſto. in ꝑncipio ꝑmi li. Metaph. ꝛ ſctūs Tho. in cōmēto ſup eadem lectione ꝑma: dr̄ ſic. Senſus viſus maxime cognoſcere nos facit: ꝛ multas differētias reꝝ demōſtrat. Sicut ḡ ſenſus viſus int̄ oēs ſenſus ē nobilioꝛ: ita ꝛ ꝑiculoſioꝛ. Et iō ſi nō fuerit ꝑ imperiū rōnis refrenat⁹ inducit hoīem ad laſciuiam/luxuriā/auariciā/ ꝛ ad multa pctā. Propterea multi ph̄i h̄ cognoſcētes eruerunt ſibi oculos. de q̄b⁹ diu⁹ Hieronym⁹ ad Bigau hiſpanū dicit ſic. Deniq̄ q̄ndā mūdi ph̄os legim⁹ vt totā cogitationē ad mētis cogerēt puritatem ſibi oculos eruiſſe. Hec Hieroñ. Inter ceteros h̄ egit Democrit⁹. q̄ athenis eruit ſibi oculos vt vegetioꝛes haberet cogitatiōes. Laerti⁹ ꝟo dr̄ ꝙ ideo excecauit ſeipm ne videret bene eſſe malis ciuitatib⁹. Tertulian⁹ aūt dicit ꝙ ideo exoculauit ſeipm: quia mulieres ſine ꝯcupiſcētia aſpicere nō poterat. Iō teſte Quintiliano: oculi ſunt tota luxuria nr̄a: hi nos in oīa q̄tidie vicia ꝑcipitāt. Nec expedit ꝑnūc exempla i mediū adducere: q2 h̄ipm q̄tidiana ꝓbat experientia. Hinc Aug. in regula ad clericos ait. Ne dicatis vos habere aīos pudicos ſi habeatis oculos ipudicos: q2 impudic⁹ ocul⁹ impudici coꝛdis eſt nunci⁹. Propterea Iſidoꝛ⁹ vbi ſupra inq̄t. Oculi int̄ oēs ſenſus viciniores anie exiſtunt. in oculis em̄ oē mentis indiciū eſt. vn̄ ꝛ animi ꝑturbatio vel hilaritas in oculis apparet. Hec Iſido. Dirigūt etiā oculi oīa mēbꝛa coꝛpis ad oꝑandū tā bona q̄ mala: vt pedē ad ambulandū: manū ad ſcribendū. Propterea ꝟitas Luc. xj. ca. ait. Lucerna coꝛpis tui ē ocul⁹ tu⁹. Diſcute ḡ teipm o pctōꝛ ꝛ cogita ſi habuiſti oculos ſublimes: hincinde furioſe ac libidinoſe vagantes. Cogita etiā q̄t vana: q̄t turpia: q̄t ꝛ q̄nta ſecularia ac bona fallacia moꝛe auiū rapaciū aſpexeris aut deſideraueris: q2 cū ſenſus viſus ſit viuacioꝛ cūctis ſenſib⁹: mag⁹ iclinat hoīem ad luxuriā: ꝯcupiam: auariciā: inuidiā: ꝛ ad cetera criminalia pctā

Democrit⁹ eruit ſibi oculos ꝛ q̄re

¶ De ſenſu Auditus

s Ecund⁹ ſenſus coꝛpal' eſt audit⁹ ſic dictus: q2 voces hauriat. Vn̄ Lactanti⁹ in libꝛo de opificio dei ad Demetrianū auditoꝛē ſuū. ca. viij. dr̄. ꝙ aures dicte ſunt a vocib⁹ hauriēdis: Aere igit̄ ꝟberato ſuſcipiūt ſonos: q2 vox repcuſſa teſte Iſido. ꝑ anfract⁹ auriū ſonū facit q̄ ſenſum excipiant audiendi. Iō dr̄ auris q̄ſi auide rapiens ſonū. vel dicit̄ auris ab audiendo. Hinc magn⁹ Albert⁹ in. xij. li. de animalibus tractatu. iij. c. ij. dicit ſic. Sunt aures cartilaginoſe vt melius ſonū repcutiant ꝛ de ꝓpinquo auris ſonus ꝯfoꝛtet̄. Sūt etiam aures inuolute ꝛ cōcaue ꝓpter idem vt ſonos teneant. Via autē auris eſt toꝛtuoſa vt longioꝛ ſit: ꝛ curua: ne frigidus aer cito ingrediat̄ ad cerebꝛum ꝛ inducat nocumētum: ſed ꝑus ſtet ꝛ calefiat in aure. ꝛ ēt vt aer q̄etus in aure meli⁹ ſit natus recipere omnē ſonum. Nerui autē tympani auris ſunt duri: quia melius ſonat durum. Hec Albertus. Propterea Lactantius in libꝛo de opificio dei. ca. viij. ita inquit. Artifex noſter aures duas eſſe voluit: quarū duplicitas incredibile eſt quātam pulcritudinem ꝑferat. In his audiendi tm̄ officium cōſtitutum eſt ſicut in oculis videndi. Hec Lactantius. Iterū Lactantius in. vj. libꝛo diuinarum inſtitutionū. ca. xxj. de hoc ſenſu ita inquit. Maximeq̄ hic ſenſus nō eſt

ad viciū detorquendus. q̄ nobis ideo datus eſt vt doctrinā dei ꝑcipere poſſem⁹. Itaq; ſi voluptas eſt audire cant⁹ ⁊ carmina: dei laudes canere ⁊ audire iocundū ſit. Hec eſt voluptas vera q̄ comes eſt ⁊ ſocia ꝟtutis. Hec ē nō caduca ⁊ breuis vt ille quas appetūt q̄ corpori vt pecudes ſeruiūt: ſed perpetua ⁊ ſine vlla intermiſſione delectans. cuius terminos ſiq̄s exceſſerit: nihilq; aliud ex voluptate petierit niſi ipam voluptatem. hic morte meditatur: q2 ſicut vita perpetua in virtute eſt: ita mors in voluptate. qui em̄ tēporalia maluerit carebit eternis: qui terrena ꝓtulerit: celeſtia nō habebit. Hec Lactanti⁹. ¶ Iſte ſenſus inclinat hoies ad iracundiā: q2 ſiquis audit ea q̄ ſibi nō placent: turbat̄ ⁊ iraſcit̄. Etiā ꝑ auditū labit̄ hō plerunq; ad iactantiā/ambitionē/⁊ inanē glīam· vt cum q̄s de ſe audit laudes extollit̄ ⁊ gloriat̄. Ad vanitates q̄q; hui⁹ mūdi incitat homies. Siq̄s em̄ ſcurrilia verba ocioſa ⁊ leuia aut detractoria audit: mens ei⁹ facile titubat: ⁊ per ꝯſenſum maculat̄ aut ꝑ delectationē flectit̄. Quapropter ille qui audit detractores aut obloquētes peccat grauit̄: min⁹ tamen q̄ꝫ detrahens niſi audiat ex odio. Vn̄ ſanct⁹ Thomas in .ij.ij.q.lxxiij.ar.iiij.dr ſic. Siq̄s detractores audiat abſq; reſiſtētia videt̄ detractori ꝯſentire: vnde fit particeps pcti eius. Et ſiq̄dem inducat eum ad detrahendū: vel ſaltem placeat ei detractio ꝓpter odiū eius cui detrahit̄ nō minus peccat q̄ꝫ detrahens: ⁊ quādoq; magis. Vn̄ Bern̄. dicit. detrahere aut detrahentē audire q̄d hoꝝ damnabili⁹ ſit nō facile dixerim. Si ꝟo nō placet ei peccatū ſed ex timore vel negligentia vl̄ etiam verecūdia q̄dam omittat repellere detrahentem: peccat q̄dem: ſed multo minus q̄ꝫ detrahens ⁊ plerunq; venialiter. Quādoq; etiā hoc poteſt eſſe peccatū mortale: vel ꝓpter hoc ꝙ alicui ex officio incumbit detrahentē corrigere. Vel ꝓpter aliq̄d ꝑiculū q̄d audiens nouit ꝯſeq̄ns. vel ꝓpter radicē: q̄ timor human⁹ q̄nq; pōt eſſe pctm̄ mortale. Hec Thomas. Et ſic patꝫ de auditu

Aures ſūt inſtrumēta m̄ltoꝝ pctōꝝ

¶ De ſenſu Odoratus

Naſus habꝫ tria officia

Tertius ſenſus corporalis dicit̄ odorat⁹. q̄ nil aliud eſt q̄ꝫ q̄dā actus vl̄ paſſio odorandi. Odor em̄ ſiue ſpūs ꝑ nares ſiue ꝑ naſum trahit̄: ideo i naſo vel i narib⁊ tria ſunt officia ꝯſtituta: teſte Lactātio in libro de opificio dei ad demetrianū. c.x. vnū q̄dem ducendi ſpūs: alterū capiendi odoris: tertiū vt ꝑ eius cauernas purgamēta cerebri defluant. De hoc triplici officio naſi latius magnus Albert⁹ in .xij. li. de aialib⁊ tractatu .iij. c.ij. dicit. Addens ꝙ ideo due ſūt nares: q2 ſi vni accidat oppilatio ex catarro vel alia cauſa altera deſeruiat animali. Et hec eſt cauſa generalis q̄re omnis ſenſus eſt gemin⁹. Propterea Iſidorus in .xj. li. Eth̄. ca.j. teſtat̄: ꝙ odorat⁹ dicit̄ quaſi aeris odore attractus. Tracto em̄ aere ſentit̄. ſic ⁊ olfatus dr ꝙ odorib⁊ afficiat̄. Vt autē intelligas vbi ſit ꝟtus odoratiua vel olfatiua: ſcire debes ſ̄m magnū Albertū. in .j. li. de anialib⁊: tractatu .ij. c.viij. ꝙ naſus eſt inſtrmentū ſenſus odoratus: q̄d inſtrumentū eſt ſic cōpoſitū. Extremitas q̄da cerebri verſus os q̄d dicit̄ coronale vel pupis capitꝫ deſcendit in duas papulas q̄ ſunt ſimiles papulis mām̄illaꝝ: ⁊ iacet vna iuxta alterā ꝟſus triangulos nariū ⁊ in oib⁊ odorātib⁊ ꝑ inſpirationē operiunt̄ velamine panniculari ne ledant̄ obuiāte aere/calore/vel frigore. ⁊ iō talia anialia nō odorant niſi cū vento inſpiratiōis exufflat̄ velamen illud: eo ꝙ ꝟtus olfatiua eſt in illis papulis ſicut viſus in oculo. In alijs aūt nō inſpirantib⁊ ſūt nude papule ille q2 illa habēt cerebra ſicciora q̄ nō ita facile ledunt̄ ab obuiantib⁊. Hec igit̄ eſt cauſa inſpiratōis ⁊ nō inſpirandi: naſus autē eſt canalis odorat⁹. ⁊ q2 odor eſt calidi ſicci: cerebrū aūt ē frigidū ⁊ humidū: iō nō bn̄ recipit̄. ⁊ vt meli⁹ recipiat̄ eē oportuit viam patulā vſq; ad inſtrumentū odorat⁹. Itē Albertus in .xij. li. de animalib⁊. tracta. iij. ⁊. c.ij. dr. ꝙ in oib⁊ anialib⁊ habētib⁊ naſum nō ꝑficit̄ olfat⁹ niſi ꝑ attractionē aeris. Hoc aūt mēbꝝ eſt in medio ſenſuū ⁊ i anteriori parte capitis

Nota d̄ odoratu pulcra

Virtus olfatiua ꝯſiſtit in duab⁊ papul

Et ꝓpterea natura poſuit hoc membꝝ in medio triū inſtrumētoꝝ capitis.ſ.oculoꝝ ⁊ auriū ⁊ oris ſiue lingue. Et eſt ſic diſpoſitū q̄ſi cortina ſit in medio nariū ⁊ ſupꝰ additamēta mām̄illaria. Et hoc ideo fuit vt ꝑ motū anhelitꝰ mouerent̄: ⁊ tūc coni mām̄illares cerebri recipiūt odores. Si em̄ cortina ſine velamine eſſet aer ⁊ odores oēs libere occurrerēt cerebro: ⁊ corrūperēt ipm̄. Hec Albertꝰ. Eſt etiā naſus faciei maximū ornamētū: cuiꝰ carentia facies tota dehoneſtaret̄. Sūt q̄ dicūt ꝙ odor nō ſentit̄ ſine aliq̄ fumali euaporatiōe q̄ in q̄dā reſolutiōe ꝯſiſtit: ⁊ ſic odor nil aliud videt̄ eſſe q̄ꝫ fumalꝭ euaporatio. Sed hec opinio nō pt̄ eſſe vera ſcḋm Thomā: qḋ ptꝫ ex hoc ꝙ vultures currūt ex odore ꝑcepto ad cadauer ex locis remotiſſimis. nec eſſet poſſibile ꝙ euaporatio aliq̄ ꝑtingeret a cadauere ad tā remota loca. etiāſi totū reſolueret̄ in vapore: vt ḋt Tho.i.iiij.li.ſniaꝝ diſt.xliiij. vbi mouet dubium: Utrū i corporibꝫ glorioſis ſint oēs ſenſus in actu. Etiā Iſidorꝰ de efficacia odoratꝰ vulturū ⁊ aq̄laꝝ in.xij.li. Etymolꝭ.ca.vij. ḋt: ꝙ vultures ſic ⁊ aq̄le etiaꝫ vltra maria cadauera ſentiūt. Magnꝰ q̄ꝫ Albertꝰ i.xxiij.li. de animalibꝫ in fine libri vbi loquit̄ de vulture: ḋt ſic. Uultur delonge ꝯtemplat̄ ⁊ olfatu ꝓpollēs ad multa terraꝝ ſpacia ſentit odorē carnium ⁊ cadauerū. Sed audi p̄cor ṽba aurea diui Hieronymi nos admonentis exemplo vulturis ⁊ aquile in.iiij.li. cōmētariorū ſup Matth. ad Euſebiū: vbi ꝑtractās illud Mat.xxiiij.c. Ubicūq; fuerit corpꝰ illuc ꝯgregabunt̄ ⁊ aq̄le: vbi ita inq̄t. Aquile ⁊ vultures etiā trāſmarina dicunt̄ ſentire cadauera: ⁊ ad eſcam huiuſcemodi ꝯgregari. Si ḡ irrōnabiles volucres naturali ſenſu tantis terraꝝ ſpacijs ⁊ maris fluctibꝫ ſeparate paruū cadauer ſentiūt vbi iaceat: q̄nto magis nos ⁊ oīs multitudo credentiū debꝫ feſtinare ad eū cuiꝰ fulgur exijt ab oriēte ⁊ patet vſq; ad occidentē. Hec Hiero. Quāuis aūt hō ſit valde modici ⁊ minoris odoratꝰ aq̄lis/vulturibꝫ/canibꝫ/⁊ q̄buſdā alijs aīalibꝫ q̄ multū vigēt odoratu: eo ꝙ ipe nimia cerebri humiditate impedit̄: nihilo minꝰ ꝓpter odoratū labit̄ ad diuerſa vicia ⁊ pctā. Nam ſunt q̄dam adeo vicio gule dediti: qui ſi ſenſerint varios odores eſcarū tantū inardeſcūt ꝙ quaſi videntur canes venatici hincinde diſcurrendo: vt cōſequant̄ intentum appetitus ſui. Sunt alij crudeles ſine miſericordia qui ſi viderint paupes aut infirmos ſiue leproſos aut incarceratos aut mortuos illos abominant̄: imo obturant aurens ne aut ſudores aut fetores aut anhelitū infirmoꝝ aut pauperū chr̄i ꝑcipiaut. Quibus ꝓculdubio eueniet ſicut illi diuiti craſſo ⁊ purpurato qui pauperē Lazaruꝫ horruit. ſed tandē mortuꝰ eſt diues ⁊ ſepultꝰ eſt i inferno. Mortuꝰ eſt q̄ꝫ Lazarus ⁊ portatꝰ eſt ab angelꝭ in ſinū Abrae. Nōnulli q̄rūt vanos odores ꝓpter laſciuiā/voluptatē/luxuriā ac vanitatē: vt in ꝯſpectu hoim redoleant. Quibꝫ ꝑ Eſaiam.iij.ca. dicit̄. Et erit ꝓ ſuaui odore fetor: ⁊ ꝓ zona funiculꝰ: ⁊ ꝓ criſpāti crine caluitiū: ⁊ ꝓ faſcia pectorali ciliciū. Hec Eſaias. Si autē aliq̄s portaret bonos odores ad ꝯfortandū cor: ſiue ꝓ alia rōnabili cauſa nō iudicat̄ eſſe pctm̄. Hec de ſenſu olfatus dicta ſufficiant

Naſus eſt ornamtū faciei

Vultures hn̄t odoratū acutiſſimū

Hō minus odorat

Cōtra eos q̄ portāt vanoſ odores.

¶ De ſenſu Guſtus.

q Uartus ſenſus corꝑalis ḋr guſtus q̄ a gutture eſt denomiatus: teſte Iſidoro. Nam q̄ guſtant̄ officio lingue ꝑ guttur tranſeūt ad ſtomachū Et iō Uarro putatq; lingue nomē a ligādo cibo ſit impoſitū: teſte Lactātio i li. de opificio dei.c.x. qꝛ ipa cōmolitos dentibꝫ cibos colligit ⁊ ꝯglobatos vi ſua depmit ⁊ trāſmittit ad vētrē. Ulꝭ iō lingua ḋr a ligādo: qꝛ ligat ṽba ⁊ voces ꝑ ꝑticulares ſonos. Uel lingua ḋr a ledo ledis: qꝛ dētibꝫ illedit̄. Sūt q̄ dicūt ꝙ lingua ḋr a linguo linguis: qꝛ ea linguimꝰ. Sꝫ qꝛ i lingua ē ṽtus guſtatiua ac diſcretiua oim eoꝝ q̄ ſubaliter nutriūt corpꝰ: hec eſt calidi ⁊ frigidi: humidi ⁊ ſicci: ⁊ ſimiliter iudiciū oim ſapoꝝ ꝑ hoc ꝙ ipa ſubſtantialiter tāgit cibū. Idcirco ꝯſiderandū eſt ſcḋm magnū Alber. ſup.xij.li. de aīalibꝫ: tracta.iij.c.v. ꝙ ſic natura nō

Ligua valet ad duo

fecit creationẽ lingue homis tm̃ ad vſum quo cetera vtunꝛ animalia:ſed dupli-cem vſum:guſtus vicʒ ⁊ loq̃le aptauit ei. Ita etiã formauit labia ⁊ dentes:non in vſum vnicũ ſicut in ceteris animalibꝫ:ſed ad cibũ ⁊ loq̃laʒ:duplicẽ vſum vni-cuiqꝫ iſtoꝝ ꝓ modulo ſuo attribuẽs. Sic igiꝛ lingua homis eſt apta duabꝫ opati-onibꝫ quarũ vna eſt in ſenſu guſtandi:⁊ altera q̃ eſt in interp̃tatiõe ſermõis. Ra-tionẽ autẽ harũ operationũ lingue aſſignat magnus Albert⁹ in.j.libro de aialibꝫ tractatu.ij.ca.x.dicẽs.ꝙ lingua habet guſtũ ex eo ꝙ eſt bene paſſibilis in anterio

Nota de diſpoſitõe ligue

ri extremitate ſua in q̃ eſt expaſſus neru⁹ guſtatiu⁹. Hoc aũt magis ꝯuenit i par te anteriori lingue q̃ꝫ i poſteriori radice ipius:qm̃ diſcretio q̃ eſt ante põt reijcere aut trãſmittere cibũ:ſed poſteror pars nõ faciliter reijceret nociuũ:q: cũ ſit i poſte riori radice ipi⁹:iã eſt in via glutinatõis.⁊ ſi ibi eſſet diſcretio inferret nocumẽtũ antecꝫ reijcereꝛ. Eſt igiꝛ meli⁹ vt expaſſus ſit neru⁹ guſtatiu⁹ in anteriori parte eius. Eſt tñ vbicꝫ in lingua ⁊ in ore aliqs ramuſcul⁹ nerui guſtatiui ad adiuãdũ in diſcernẽdo ſapores:ſed ꝑfecte nõ eſt niſi in anteriori parte lingue. Et ſubiũgit Albert⁹ ſic dicens. Figura aũt lingue eſt ꝙ ſit retro ſpiſſa ⁊ tendat in tenuitateʒ Et ideo ſpiſſas ante linguas habẽtes nõ bñ formãt ſermones ⁊ opꝫ ꝙ ſitꝫ bñ ſo luta ⁊ extẽſibilis ⁊ plicabilis ad dentes ⁊ ad palatũ:ad q̃ꝝ tactus formatꝛ elemẽ ta articulate ⁊ litterate vocis. Propter qđ anteri⁹ linguas ligatas habẽtes non bñ formãt lr̃am s.⁊ dicunꝛ bleſi. Diciꝛ autẽ bleſus vt exponit Catholicon ille q̃ nõ bñ frãgit ṽba. Vel đ bleſus q̃ſi bucca leſus.q̃ ṽo habẽt linguas poſteri⁹ liga

Sẽſus guſt⁹ nõ regl'at⁹ inducit hoiem ad m'ltra pctã

tas:nõ bñ formãt lr̃am r.et dicunꝛ trabuli. Et ſic pꝫ ꝙ in lingua eſt ṽtus guſta tiua ⁊ in ipa eſt iudiciũ oim ſapoꝝ. ¶ Sed diligenꝛ eſt aduertendũ ꝙ niſi hic ſen ſus guſtus reguleꝛ ꝑ imperiũ rõnis inducit hoiem ad multa mala. Primo intel-

Primo

lectũ obnubilat. Nã ꝓpter fumoſitates ciboꝝ ad cerebꝝ aſcendẽtes:ipm̃ cerebrũ ꝑturbaꝛ ⁊ ratio impediꝛ ⁊ hebetaꝛ circa ſpũalia. Vñ ſcũs Tho.in.ij.ij.q.xv.ar. iij.đt:ꝙ duo vicia carnalia.ſ.gula ⁊ luxuria:ꝯſiſtũt circa đlectatões tact⁹ciboꝝ ⁊ venereoꝝ/q̃ ſunt vehemẽtiſſime inꝛ oẽs corporales delectatiões.⁊ iõ ꝑ hec vicia intẽtio homis maxime applicaꝛ ad corp̃alia:⁊ ꝑ ꝯſeq̃ns debilitaꝛ ratio hominis circa intelligibilia. Magis aũt ꝑ luxuriã q̃ꝫ ꝑ gulã:q̃nto delectatiões venereorũ ſũt vehemẽtiores q̃ꝫ ciboꝝ:⁊ ideo ex luxuria oriꝛ cecitas mẽtis q̃ q̃ſi totaliter ſpi ritualiũ bonoꝝ cognitionẽ excludit. Et gula autẽ oriꝛ hebetudo ſenſus q̃ reddit hoiem debilẽ ad hmõi intelligibilia. Et ecõtrario oppoſite ṽtutes.ſ.abſtinẽtia ⁊ caſtitas maxime diſponũt hoiem ad ꝑfectionẽ intellectualis opatiõis. Vñ diciꝛ Daniel.j.ca.ꝙ pueris his.ſ.abſtinentibꝫ ⁊ ꝯtinentibꝫ dedit deus ſcientiã ⁊ diſci plinã in oi libro ⁊ ſapiẽtia. Hec Thomas. Hinc Marc⁹ tulli⁹ in libro de ſene-ctute dicit ſic. Impedit em̃ ꝯſiliũ voluptas rõni inimica:ac mentis vt ita dicam ꝑſtringit oculos:nec habet vllũ cum ṽtute cõmerciũ. Et iteꝝ ait ibidem. Diui-ne em̃ Plato eſcam maloꝝ appellat voluptatẽ:ꝙ ea videlicʒ homies capianꝛ vt

Scđo

piſces. ¶ Secũdo guſtus niſi ꝑ rationẽ fuerit regulatus:debilitat ⁊ eneruat me moriã. Iõ Hieronym⁹ ad Griſogonũ monachũ:ep̃la incipit. Qui circa te affe-ctus meus ſit:ita inq̃t. Cum ſaturitate ſuccedit obliuio tãdiu neſcitura quid cu-piat q̃ꝫdiu memoriam reuocauerit eſuries. Et ad Nepotianum de vita clericoꝝ epiſtola incipit. Petis a me Nepotiane chariſſime:dicit ſic. Pulcre dicitur apud grecos:⁊ neſcio apud nos eque reſonet Pinguis venter nõ gignit ſenſum tenuẽ Iſidorus quocꝫ in.ij.libro de ſummo bono.cap.xlij.ita inquit. Nam ⁊ phi dixe-runt:cibandus eſt venter vt cõtineat animã:nõ vt corrumpat. Qui nimis cibis vtuntur:quãto magis ventrem paſcunt:tanto amplius ſenſum mentis obtun-dunt. Nam gule ſaturitas nimia aciem mẽtis obtũdit:ingeniumcꝫ hebeſcere fa-cit. ¶ Tertio guſtus ſi fuerit inordinatus incitat ad luxuriam. Hinc Hierony

Tertio

mus ad matrẽ ⁊ filiam:epiſtola incipit Retulit mihi q̃dam frater e gallia:dicit

ſic. Difficile inter epulas ſeruat̄ pudicicia. Et ad Euſtochiū v̄ginē ep̄la incipit.
Audi filia ⁊ vide: ita inq̄t. Siq̄d itaq̄ȝ i me p̄t eſſe ꝯſilij: ſi experto credit̄: h̄ p̄mū
moneo: hoc obteſtor: vt ſponſa chr̄i vinū ꝑ veneno fugiat. hec aduerſus adoleſcē
tiā p̄ma arma ſunt demonū. Hec Hieronym⁹. Et iterū in eadē ep̄la ait. Vinuȝ
⁊ adoleſcentia duplex incendiū voluptatis. Etiā Hieronym⁹ ꝯtra Iouinianum
ait. Eſus carniū ⁊ potus vini vētriſq̄ȝ ſaturitas ſeminariū libidinis eſt. ⁊ Iſid.
in.ij.li. de ſummo bono.c.xlij. ita dicit. Proxima eſt ventri libido ſicut loco ſic vi
cio. Ubi em̄ ventris cura ibi ⁊ eorū q̄ circa vētrem ſunt ꝓxima. In ordine nanq̄ȝ
membrorū genitalia ventri iungunt̄. Dūq̄ȝ vnū ex his imoderate reficit̄ aliō ad
luxuriā excitat̄. Hec Iſidor⁹ ¶ Quarto ſi guſtus nō fuerit regulat⁹ abbreuiat Quarto
vitā hominis. Nā ꝓpter nimiā repletionē cibi ⁊ potus cauſant̄ multe egritudines
in corpe humano quib⁹ abbreuiat̄ vita. Hinc Leo papa in ſermone.viij. decimi
mēſis q̄ incipit: Cū de aduētu regni dei: ita inq̄t. Quotidiano em̄ dilectiſſimi ex
perimento ꝓbat̄ pot⁹ ſatietate aciē mētis obtūdi: ciborū nimietate vigorē cordis he
betari: ita vt delectatio edēdi etiā corporū ꝯtraria ſit ſaluti niſi rō obtēperātie obſi
ſtat illecebre. Hec Leo. Iterū circa mediū eiuſdē ſermōis ita ſubiūgit idē Leo.
Cū vniuerſa vicia ꝑ ꝯtinentiā deſtruant̄: ⁊ q̄cq̄d auaricia ſitit: q̄cq̄d ſupbia am
bit: quicq̄d luxuria ꝯcupiſcit: hui⁹ v̄tutis ſoliditate ſuperet̄: quis nō itelligat q̄n
tū nobis ꝑ ieiunia ꝯferat̄. Hec Leo ⁊ Hieronym⁹ ad Ruſticū monachū i epi
ſtola q̄ incipit. Nihil chr̄iano felici⁹: ita inq̄t. Modic⁹ ⁊ tēperat⁹ cib⁹ ⁊ carni et
anime vtilis eſt. Etiā Chryſ. de nocumētis hui⁹ ſenſus ſic ait. Neq̄ȝ em̄ anie ſo
li ſedetiā ipi corpi delicie ſūt nociue: eo q̄ corp⁹ ex forti fit debile: ex agili graue: ex
formoſo deforme: ex ſano egrotū: ex iuuene antiquū ⁊ veteranū: ex viuo mortuū.
Hec Chryſ. Propterea Eccl'i.xxxvij.ca.d: Propter crapulā multi obierūt: q̄ au
tē abſtinēs eſt adijciet vitā. ¶ Quinto ſi guſt⁹ nō fuerit regulat⁹ diſcretiōe: oēs Quinto
actus: oēs geſtus dehoneſtat: ⁊ tandē ad oia vicia diſponit hoiem. Nam certum
eſt q̄ ꝑ imperiū rōnis mouent̄ ⁊ regulant̄ oia mēbra. ſed cū ꝑ nimiā ſumptionem
cibi ⁊ pot⁹ rō fuerit obnubilata: tūc ſequit̄ q̄dā deordinatio in exteriorib⁹ geſti
bus q̄ homies ad riſum ꝓuocat: tā in inceſſu q̄ȝ in loq̄la ⁊ in opatiōib⁹. Hinc Gre
gori⁹. Domināte gule vicio oēe qd̄ homies fortiter egerūt ꝑdunt. Et dum ven
ter nō reſtringit̄ ſimul oēs v̄tutes obruunt̄. Iō Valeri⁹ maxim⁹ in.vj.li.ca.j.
de pudicicia. poſtq̄ȝ de metello ciue romano narrauit q̄ vxorem ꝓpriam fuſte ꝑ
cuſſam interemit: eo q̄ vinū bibiſſet: ita ſubiungit. Sane quecunq̄ȝ femina vini
vſum immoderate appetit: ⁊ v̄tutib⁹ omnib⁹ ianuam claudit: ⁊ delictis aperit.
Hec Valeri⁹. Et ideo Iſidor⁹ in.ij. libro de ſūmo bono.c.xlij. ſic ait. Nemo pōt
dominari ceteris vicijs niſi p̄us ingluuiē ventris reſtrinxerit. Nec quiſq̄ȝ facile
poterit a ſemetipō ſpūs immūdos expellere niſi ꝑ abſtinentiā gule. Tūc em̄ ho
ſtes q̄ extra nos ſunt a nobis forti⁹ ſupant̄: quādo p̄us que intra nos ſunt vicia
extiguunt̄. Nam fruſtra foris agit bellum q̄ int⁹ habȝ ꝑiculū. Hec Iſid. Ex di
ctis patet de ſenſu guſtus

¶ De ſenſu Tactus

Vintus ſenſus corporalis dicit̄ tactus: qui ſm magnū Albertū ꝑ to
q tum corpus diffunditur: eo q̄ totum corpus ex tangibilib⁹ cōſtituitur.
Iſidorus etiam in.xj.libro. Etymol. ca. p̄mo ita inquit. Tactus appel
latur eo q̄ ꝑtractet ⁊ tangat ⁊ per omnia membra vigorem ſuum aſpergat. Naȝ
tactu probamus quicquid ceteris ſenſibus iudicare nō poſſumus. Ideo ſanctus
Thomas in p̄ma parte.q.lxxvj.arti.v. dicit. q̄ alij ſenſus fundant̄ ſuper tactum
Ad organum autē tactus requirit̄ q̄ ſit medium inter ꝯtraria: que ſunt calida et
frigida: humida ⁊ ſicca: ⁊ ſimilia: quorum eſt tactus apprehēſiuus. ſic em̄ eſt in
potētia ad cōtraria ⁊ pōt ea ſentire. Unde quāto organum tactus fuerit magis

reductum ad equalitatē complexiōis:tanto ꝑceptibilioꝛ erit tactus. Etqꝛ chr̄us habuit coꝛpus in ſummo optime cōplexionatū ac diſpoſitū:eo ꝙ coꝛpus eius fuit foꝛmatum miraculoſe ope ſpūſſancti.ideo in chꝛo maxime viguit ſenſus tact⁹ Nam illa que ꝑ miraculū ſunt facta:ſunt potioꝛa ac melioꝛa his q̄ fiunt ꝑ naturam:vt exemplificat Chꝛyſ.de vino qđ chꝛs de aqua cōuertit dum eſſet in nuptijs.Ex hac rōne ꝓbat ſanct⁹ Tho.in.iij.parte.q.xlvj.ar.vj.ꝙ doloꝛ paſſionis chꝛi fuit acerbiſſimus.Quia cū in chꝛo eēt in ſummo viuacitas tactus ꝯfix⁹ fuit in locis neruoſis ꝛ maxime ſenſibilibꝫ.ſ.in manibꝫ ꝛ pedibꝫ.quā acerbitatem augebat ꝯtinue pond⁹ coꝛpis pendētis ſup nudos clauos. Jpa q̄ꝫ diuturnitas paſſiōis:qꝛ crucifixi nō ſtatim moꝛiūť ſicut qui gladio occiduntť. ¶ Sed nota ꝙ ſm magnū Albertū.in li.xij.de aialibꝫ.tracta.iij.c.ij.ꝙ caro ñ eſt ꝑmū inſtrumētum ſenſus tactus:ſed poti⁹ neruus q̄ eſt intra carnē.Eſt aūt neru⁹ vt đt ipe Albertus i ꝑmo libꝛo de aialibꝫ.tractatu.iij.c.xviij.ſubſtantia viſcoſa a cerebꝛo directa ꝑ coꝛpus vt ꝑ ipm ſenſum ꝛ motū largiať coꝛpoꝛi.Et parū infra ita ſubiungit.Sciendū eſt aūt neruos abſq̄ꝫ dubio a cerebꝛo diuidi. Oēs em̄ ꝓueniūt ſm ſuas oꝛigines ad pellē q̄ cerebꝛum circūdat ꝛ diuiduntur in ipam ſuis diuiſiōibꝫ. Jnferi⁹ tñ oꝛtus oīm eſt a coꝛde ꝑ ſubſtantiā neruoſam q̄ etiā a coꝛde venit ad cerebꝛum:ex q̄ panniculi cerebꝛi generanť.Hec Albert⁹.Cum autē ſint duo genera tactus.ſ.interius ꝛ exterius:qꝛ teſte Jſido.aut extrinſec⁹ venit qđ feriat:aut intus oꝛitur.Jdcirco tactus exterioꝛ maxime viget in manibꝫ:quia ibi cōcurrit multitudo neruoꝝ qui ſunt inſtrumentū tactus:vt dictū eſt.Precipue aūt viget tactus in pulpis digitoꝝ:vt dicit Thomas in.iiij.libꝛo ſniaꝝ.diſt.xxiij.vbi mouet dubiū:Utrū ꝯuenienter determinenť partes coꝛpoꝛis humani:in quibꝫ datur oleū extreme vnctiōis.Hinc etiā ph̄us in.ij.li.de aīa.ꝛ ſctūs Thomas i cōmēto ſup eodē dicūt:ꝙ guſtū ꝛ tactū habem⁹ certioꝛē oibꝫ alijs aialibꝫ. Jteꝝ ſanctus Thomas in ꝑma parte.q.lxxvj.ar.v.đt ſic.Hō inter oia aialia eſt melioꝛis tactus.ꝛ inter ipos hoies q̄ ſunt melioꝛis tact⁹:ſunt ꝛ melioꝛis intellectus.Cuius ſignū eſt:qꝛ molles carne bñ aptos mente videm⁹.duros ꝟo ineptos:vt đꝛ i ij.li.de aīa.Hec Thomas.Propterea magn⁹ Albert⁹ in.xiiij.li.de aialibꝫ:tractatu.ij.ca.ij.dicit.Hominē habere man⁹ ſignū eſt ꝙ ſit pluris intellect⁹ ceteris aialibꝫ ꝛ maioꝛis ingenij.Jdeo ꝯgrue a natura accepit oꝛganū man⁹ ꝯueniens pluribꝫ motibꝫ ꝛ opatiōibꝫ omnibꝫ alijs animalibꝫ. Et ideo man⁹ đꝛ oꝛganū oꝛganoꝝ:qꝛ facit omnia inſtrumēta:ꝛ eſt loco omniū inſtrumentoꝝ. Uñ Jſidoꝛ⁹ in.xj.libꝛo Etymoľ.ca.ꝑmo inqt.Manus dicta eſt ꝙ ſit totius coꝛpis munus. Jpa em̄ cibū oꝛi miniſtrat.ipa operať oia atq̄ꝫ diſpenſat:ꝑ eam accipim⁹ ꝛ dam⁹ Hec Jſiđ.ꝛ Lanctanti⁹ in libꝛo de opificio dei:ad Demetrianū auditoꝛē ſuū.c.x.ita inquit.Quid dicā de manibꝫ rōnibꝫ ac ſapiētie miniſtris:quas ſolertiſſim⁹ artifex plano ac modice concauo ſinu fictas:vt ſi quid tenēdum ſit a parte poſſit inſidere:i digitos terminauit:in quibꝫ difficile eſt expedire: Utrū ne ſpecies an vtilitas maioꝛ ſit.Nam ꝛ numerus perfect⁹ ac plen⁹ ꝛ oꝛdo ac gradus decentiſſimus:ꝛ articuloꝛum pariū curuatura flexibilis ꝛ foꝛma vnguiū rotunda concauis tegminibꝫ digitoꝝ faſtigia comꝑhendens atq̄ꝫ firmās:ne mollitudo carnis i tenendo cederet:magnū ꝑbet oꝛnatū.Hec Lactanti⁹.Jſte igiť ſenſus ſicuti nobiliſſimus eſt:ita eſt ſollicite cuſtodiend⁹:alioquin hoiem ad multa peccata ꝑcipitat.Nam per manus in quibꝫ ꝑmaxime viget tactus ꝑcutim⁹:ꝑximū occidimus:vulneramus ac verberam⁹.Jterū ꝑ tactum furta ꝛ rapinas cōmittim⁹:ꝛ mala plurima opamur.Jdeo domin⁹ ꝯtra ſimiles ait ꝑ Eſaiā.j.ca. Man⁹ em̄ veſtre ſanguine plene ſunt.Tactus etiam impudicus aut immūđ⁹ vel ex libidie eſt valde ꝑiculoſus ac moꝛtiferus.Jđ Paul⁹.j.ad Coꝛinth.vij.ca.ait. Bonū eſt mulierē nō tangere.Et Leuit.v.c.Aīa q̄ tetigerit aliquid immundū rea eſt et

De oꝛigine tactus.

Duo genera tactus

Nota ꝙ bōitas tact⁹ ē ſignū boni intellectus

Nota de diſpōne manuū

Per tactū fiunt mľta peccata

deliquit. Et Eccl'i.xiij.ca. Qui tetigerit picem inquinabit ab ea. Hinc Esa lij. capl'o dr sic: Recedite recedite: exite inde: pollutū nolite tangere: exite de medio eius: mūdamini q̄ fertis vasa dn̄i. Hec ibi ¶ Cogita ergo quot ⁊ q̄nta ꝑ oēs sensus corporeos ꝑpetrasti. q: vt ait Isidorus in.ij.libro de sūmo bono.ca.xxviij. Neq; em̄ aliunde peccamus nisi videndo: audiendo: attrectādo: gustando atq; tangendo. Ideo dicit Hiere.ix.cap. Ascendit mors ꝑ fenestras nostras: ingressa est domos nostras. Nota q sunt in corpore homis decem fenestre: teste Isido. In prima fenestra hō v̄ba profert: aerem suscipit ⁊ spirat: cibos gustat ⁊ sumit. In duabus fenestris videt prope ⁊ procul. In duabꝫ alijs fenestris audit bona ⁊ mala. In duabꝫ alijs odorat ⁊ spirat. In duabꝫ inferioribꝫ nō necessaria corꝑi emittit. Decima fenestra vmbilicꝰ nominat q̄ ventrē ornat. ¶ Sed magnꝰ doctor Ambrosius sensuū nostroꝝ pronitatē ac facilitatē ad omne peccatoꝝ miseriā intelligens in libro de fuga seculi ꝑmo ca. dr sic. Nā qs inter tot passiōes huiꝰ corporis inter tantas illecebras huiꝰ seculi tutū atq; intemeratū s̄uare pōt vestigiū. Respexit oculus: ⁊ sensum mētis euertit. Audiuit auris ⁊ intētionē inflexit. Inhalauit odor ⁊ cogitationē impediuit. Os libauit ⁊ crimē reddidit. Tactꝰ ɔtigit ⁊ ignē adoleuit. Intrauit mors ꝑ fenestrā dixit ꝓpheta. Fenestra tua ē oculꝰ tuus Si videris mulierē ad ɔcupiscendū eā: intrauit mors Si audias s̄mōes meretricios: itrauit mors. Si luxuria sensus tuos capiat: penetrauit mors. Et iō q̄ vult ascendere/ nō leta seculi: nō amena: nō delectabilia: sed plena doloris ⁊ fletus sequat. Meliꝰ est em̄ ire in domū luctus q̄ȝ in domū gaudij. Denicq; nec Adam d̄ paradiso descendisset nisi delectatiōe deceptꝰ esset. Pulcre igit Dauid q̄ periculosos homines etiam ip̄o aspectu fuerat expertus/ beatum illum dicit cui spes omnis in dei nomine est. Hec Ambrosius. Etiam Isidorus vir eruditissimus ac sanctissimus de sensibus corporeis loquens in ꝑmo libro d̄ summo bono.ca. xxv.ita inquit. Sicut p̄cellunt sibi corporei sensus diuersitate locorū: ita sibimet ⁊ virtute sentiendi p̄cellunt. nam prestantior est odoratus sapore ⁊ positione loci ⁊ sentiendi longinquitate. Sic auris odoratu. longius em̄ audimus q̄ȝ odoramus. Et sic oculi auribꝫ. longius em̄ videmus q̄ȝ audimus. Animus autē ⁊ loco ⁊ merito his vniuersis sensibꝫ sup̄fert. In arce em̄ capitis ɔstitutus qd illi corporaliter nō attingunt: iste intellectualiter cōtuetur. Amplius excellit oculoruȝ sensus ceteris sensibus. Quādoquidē que ad alios ꝑtinent sensus inde dicamus veluti cum dicimus: Vide quomō sonat: vide quomō sapit: sic ⁊ cetera. Quemadmodum oculus ita ⁊ animus cetera videt: sese nō intuetur. Aliarum em̄ rerū origines species ⁊ magnitudines ꝑficit. De se aūt tāta veri ignorātia inficit: vt in his oībꝫ nihil certiꝰ ɔtēplet. Nō q̄ miraris sideꝝ altitudinē ⁊ maris ꝓfunditatē: animi tui abyssum intra: ⁊ mirare si potes. Hec Isid. Et sic patet q̄ occurrerūt scribenda de q̄nq; sensibꝫ corporis

In corꝑe homis sūt decē fenestre

¶ De tribꝫ v̄tutibꝫ theologicis q̄ animā rationalem dirigunt in summā trinitatem.

Tres q̄q; v̄tutes theologice sunt charo corde meditanda: quia ꝑ illas anima nostra fertur in summā trinitatē s̄m tria appropriata tribꝫ ꝑsonis: ita q fides dirigit in summe veꝝ credendo ⁊ assentiendo. Spes v̄o in summe arduum innitendo ⁊ expectādo. Charitas aūt in sūme bonū desiderādo ⁊ amādo. Etiā he v̄tutes hñt actꝰ ꝓprios s̄m quos differunt inter se. Nā fides facit deo assentire: spes in d̄o ɔfidere: charitas facit deū amare ¶ Itē differūt rōne obiecti. Nā fides ē circa veꝝ: spes circa arduū: charitas circa bonū. ¶ Et differūt rōne effectꝰ: q: fides i p̄ñti deū seq̄t:

ſpes in celū comitat: charitas perenniter amplexat. ¶ Conſeqnter cogita ꝙ pctā q̄ opponunt ꝟtutib theologicis ſm ſuū genus grauioꝛa ſunt ceteris pctis. teſte ſctō Tho. in. ij. ij. q. xx. ar. iij. Opponunt aūt ꝟtutib theologicis: infidelitas: deſperatio ꝛ odiū dei. Pctm̄ aūt infidelitatis ꝓuenit ex eo ꝙ hō ipam dei ꝟitatem nō credit. Odiū ꝟo dei ꝓuenit ex hoc ꝙ volūtas hoīs: ipi diuine bonitati ꝯtrariatur. Deſpatio aūt ex hoc ꝑcedit: qꝛ homo nō ſperat ſe bonitatē dei participare. Sublata aūt ſpe labunt hoīes ī vicia atꝫ a bonis laboꝛib retrahunt: vt dt Thomas vbi ſ. ¶ Jdcirco Augu. eminētiā pariter ac neceſſitatē hax triū ꝟtutum oſtēdens in. j. li. de doctrina chꝛiana: quaſi in fine libꝛi: dt ſic. Titubat aūt fides ſi diuinax ſcripturax vacillat autoꝛitas. Poꝛro fide titubāte charitas etiā ipa languēſcit. Nā ſi a fide q̄ſq̄s ceciderit: a charitate etiam neceſſe eſt cadat. Nō em̄ poteſt diligere qđ nō credit. Poꝛro ꝛ ſi credit ꝛ diligit bn̄ agēdo ꝛ ꝑceptis bonoꝝ moꝝ obtemperādo efficit vt etiā ſperet ſe ad id qđ diligit eſſe ventuꝝ. Jtaq̄ tria hec ſunt quib ꝛ ſcia oīs ꝛ ꝓphetia oīs militat fides: ſpes: charitas. Sꝫ fidei ſuccedit ſpes quā videbimus: ꝛ fidei ſuccedit btitudo ipa ad quā ꝑuenturi ſumus Charitas aūt iſtis decedētib augebit potius. Si em̄ credēdo diligim⁹ qđ non videmus: q̄nto magis cū videre ceperimus. Etſi ſperādo diligim⁹ q̄ nōdū ꝑuenimus: q̄nto magis cū ꝑuenerimus. Jnter tēpoꝛalia q̄ppe ꝛ eternlaia hoc intereſt ꝙ tēpoꝛale aliqđ plus diligit anteq̄ꝫ habeat. Uileſcit aūt cū aduenerit. Nō em̄ ſatiat animā cui vera ꝛ certa ſedes eſt eternitas. Eternū āt ardētius diligit adeptū q̄ꝫ deſideratū. Et parū infra ſubiungit ſic. Homo itaq̄ fide ſpe ꝛ charitate ſubnixus eaq̄ incōcuſſe retinēs nō indiget ſcripturis: niſi ad alios inſtruendos Jtaq̄ multi ꝑ hec tria in ſolitudine ſine codicib viuūt. Un̄ in illis etiā arbitroꝛ iā impletū eſſe qđ dictū eſt. Siue ꝓphetie euacuabūt: ſiue lingue ceſſabūt: ſiue ſcia deſtruet. Et parū infra dt ſic. Jdō āt manēt fides: ſpes: charitas: tria hec. Maioꝛ aūt hox eſt charitas: qꝛ ꝛ cuꝫ q̄ſq̄ ad eterna ꝑuenerit duob iſtis decedentib charitas auctioꝛ ꝛ certioꝛ permanebit. Hec Auguſtinus. Et ſic patet de virtutibꝰ theologicis.

Laus charitatis

¶ De quattuoꝛ virtutibus cardinalibus.

INſuper virtutes moꝛales ſunt etiā tota mēte rememoꝛāde: qꝛ teſte ſctō Tho. in. j. ij. q. lxvj. ar. iij. in rn̄ſione ad primū arg. magis neceſſarie ſunt ad vitā humanā ꝟtutib intellectualib ꝛ ſunt magis ꝑmanentes q̄ꝫ intellectuales ꝓpter exercitiū eox in his q̄ ꝑtinēt ad vitā cōem. Nominant aūt iſte ꝟtutes diuerſimode. Nā aliq̄n dicūtur ꝟtutes moꝛales: qꝛ in eis tota via moꝛalis ꝟſatur. Dicūtur etiā cardinales: qꝛ ſicut oſtiū vertit in cardine: ſic in his ꝟtutib regit tota vita hoīs. Noiant aliq̄n ꝟtutes politice: qꝛ in his oꝛdinat vita ciuilis. Etiā dicunt ꝟtutes humane: quia humano ſtudio adq̄runt niſi diuinit⁹ infundant. Jdō vt fiat diligēs diſcuſſio ſiue examinatio pctox rememoꝛāde ſunt ꝟtutes moꝛales: q̄rū finis eſt bonuꝫ humanū. Et q̄cq̄d penitēs inuenerit deliq̄ſſe deteſtet. ¶ Sunt igit ꝟtutes moꝛales quattuoꝛ. ſ. pꝛudētia: fortitudo: tēperātia: iuſticia. Ad q̄s cetere oēs reducūt vt dt Tho. in. ij. ij. in fine ꝓlogi eiuſdē libꝛi. Per iſtas āt q̄ttuoꝛ ꝟtutes inſtruit homo in agibilib ꝛ ꝯtra vicia armat. Nā q̄ ad ſeipm̄ hō inſtruit ꝑ pꝛudentiā: ꝛ q̄ ad ꝓximū ꝑ iuſticiā. Et armat in ꝓſperis ꝑ tēperantiā: ꝛ in aduerſis ꝑ foꝛtitudinē. Jdcirco teſte Aug. Pꝛudētia ꝯſiſtit in eligēdis: foꝛtitudo in tolerādis: tēperātia in vtēdis: iuſticia in diſtribuēdis. ¶ Et iterx Aug. Pꝛudētia eſt in ꝑcauendis inſidijs: iuſticia in ſubueniēdo miſeris. foꝛtitudo in ꝑferēdis moleſtijs: tēperātia in coercēdis delectatioīb pꝛauis. ¶ Et ad macedoniū Aug. ait. Jn hac

Virtutes moꝛales nominātur diuerſimode.

vita ꝟtus nõ eſt niſi diligere qđ diligẽdũ eſt. Jd diligere prudẽtia eſt: nullis inde auerti moleſtijs fortitudo eſt: nullis illecebris tẽperãtia eſt: nulla ſuꝑbia iuſticia eſt. ¶ Scđz Ambro. iuſticia eſt in affectu: prudẽtia in itellectu: fortitudo in effectu: tẽperãtia in vſu. Nota ergo ꝙ mens humana teſte Aug. nõ põt habere regnũ ꝟtutũ: niſi ꝑus excuſſerit iugũ vicioꝝ. Et ſic ait Hiero. oẽs ꝟtutes ſibi herent vt q̃ vna caruerit oib⁹ careat. q̃ ꝟo vnã habet/oẽs habet. Jdcirco has ſententias Auguſtini ⁊ Hieronymi pulcre ac dilucide oñdit Greg. in. xxij. li. moral. c. j. ſic dicẽs. Quiſqs ꝟtute aliqua pollere credit: tũc ꝟaciter pollet cum vicijs ex alia parte nõ ſubiacet. Nã ſi ex alia vicijs ſubdit: nec hoc eſt ſolidũ vbi ſtare putabat. Unaqueqꝫ em̃ virtus tãto minor eſt q̃nto deſunt cetere. Nã ſepe q̃ſdã pudicos qdẽ vidiſſe nos ꝯtingit: ſed nõ hũiles. Quoſdã ꝟo q̃ſi humiles ſed nõ miſericordes. Quoſdã q̃ſi miſericordes: ſed nequaqꝫ iuſtos. Quoſdã ꝟo q̃ſi iuſtos: ſed in ſe potius ꝙ in dño ꝯfidẽtes. Et certũ eſt: q² nec caſtitas in eius corde natura eſt cui hũilitas deeſt. Nec hũilitas natura eſt cui miſcđia iũcta nõ eſt: quia nec debet humilitas dici q̃ ad cõpaſſionez fraterne miſerie neſcit inclinari. Nec miſcđia vera eſt: que a rectitudine iuſticie exiſtit aliena. Nec iuſticia vera eſt q̃ fiduciã ſuã nõ in ꝯditore oim̃: ſed in ſe fortaſſe aut in reb⁹ ꝯditis ponit: q² dũ a creatore ſpem ſubtrahit ipe ſibi ꝑncipalis iuſticie ordinẽ ꝑuertit. Una itaqꝫ ꝟt⁹ ſine alijs: aut oino nulla eſt aut imꝑfecta: vt em̃ ſic qbuſdã viſum eſt de ꝑmis q̃ttuor ꝟtutib⁹ loquar. prudẽtia: tẽperãtia: fortitudo atqꝫ iuſticia: tãto ꝑfecte ſunt ſingule q̃nto viciſſim ſibimet ꝯiuncte. Diſiuncte aũt ꝑfecte eſſe nequaqꝫ ꝑñt: q² nec prudẽtia vera eſt q̃ iuſte tẽperãs ⁊ fortis nõ eſt: nec ꝑfecta tẽperãtia que fortis iuſta ⁊ prudẽs nõ eſt. nec fortitudo integra q̃ prudẽs tẽperãs ⁊ iuſta nõ eſt: nec vera iuſticia que prudens fortis ⁊ temperans non eſt. Hec Gregori⁹. Sicqꝫ patet de virtutibus moralibus.

¶ De ſeptem operib⁹ miſcđie corporalibus.

Ulterius opera miſericordie ſunt diligẽter rememorãda: q² nulla ꝟtus ſic extollit ac cõmẽdat chriãnũ ꝙ miſeratio charitatis. nulla maior dignitas ad chriane religiõis ornamẽtũ. nulla ſublimior prãs ad ꝓpitiatiõnẽ pctoꝝ. nulla deniqꝫ ꝟtus ſic roborat dei cultores ꝙ miſcđia. Hinc glo. Ambroſij ſup illud. j. ad Tim. v. ca. Pietas ad oia vtilis eſt: ita inqt. Ois ſũma chriane religionis in miſcđia ⁊ pietate ꝯſiſtit. Jdcirco in illa tremebũda die vltimi iudicij. teſte Augu. in lib. quinquaginta homeliaꝝ. tacebit dñs Jeſus oia recte facta iuſtorũ: ⁊ oĩa mala iniq̃rũ: ⁊ ſolũ laudabit elemoſynaꝝ fecũditatẽ ⁊ dãnabit ariditatẽ. Cui⁹ rõ in hoc ẽ: q² vt Augu. ſubiũgit oia crimina elemoſynis redimunt: ſi tñ mores mutauerꝫ. Propterea ꝑ os ꝟitatis đr nobis Matth. v. ca. Beati miſericordes qm̃ ipi miſericordiã ꝯſequent. Sup q̃ đt Remigius. Miſericors đr q̃ſi miſerũ habẽs cor q² alteri⁹ miſeriã q̃ſi ſuã reputat: ⁊ de malo alteri⁹ q̃ſi de ſuo dolet. Hilarius q̃ꝫ ſup hoc paſſu: ita inqt. Jntãtũ em̃ de⁹ beniuolentie nr̃e in oẽs delectat affectu: vt ſuã miſcđiam ſit ſolis miſericordib⁹ ꝑſtat⁹. Et Aug. ibidẽ đt ſic. Btõs autẽ đt eſſe q̃ ſubueniũt miſerꝫ: qm̃ eis ita rependit: vt de miſeria liberent. Uñ ſequit. Qm̃ ipi miſcđiam ꝯſequent. Etiã Aug. in ſer. xlvj. ad eremitas: ⁊ eſt ꝑncipiuꝫ ſmõis: đt ſic. Frẽs mei chariſſimi nunqꝫ recordor me legiſſe mala morte ꝑijſſe illũ q̃ libẽter in hac vita opa charitatꝫ vel pietatis voluit exercere. Habet em̃ multos itercẽſſores pius hõ: ⁊ ille q̃ opa charitatꝫ exercet hilariter. Quid ei de pijs hõib⁹ dicere poterim⁹: niſi id qđ freq̃nter legimus. Opa ei illoꝝ ſequunt illos. Hec Aug. Jteꝝ Augu. de ſmõe dñi in mõte: ait. Bti illi q̃ ſubueniũt miſerꝫ: qm̃

eis repēdit: vt ꝑ miſericordē dn̄m de miſeria liberent̄. Nā idipm videt̄ iuſtū vt q̄
a potētiore adiuuari vult adiuuet inferiorē in q̄ eſt ipe potētior. hec Aug. Quā-
uis ḡ miſcdia ſit oīno paupibꝫ chri exhibēda: Debet tn̄ prudēs hō ꝑus ſibi miſe-
ri ꝛ cōpati. Sed quō id fieri debeat oſdit ꝑpulcre moralis doctor Greg. in. xix.
li. moral. c. lxvj. ſic dicēs. Nā multi ꝓximis ſuis q̄ſi opa miſcdie impendunt: ſed
iniuſticie facta nō deſerūt. Qui ſi veraciter ꝓximis miſcdiaʒ facere ſtudēt ſibiipis
ꝑus debuerāt iuſte viuēdo misereri. Vn̄ ſcriptū eſt. Miſerere aīe tue placēs deo
¶ Qui ḡ miſereri vult ꝓximo a ſe trahat neceſſe eſt originē miſerādi. Scriptū
nāq eſt. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipm. Quō ḡ alteri miſerendū ꝑus eſt: q̄ adhuc
iniuſte viuēdo ſit impius ſibimetipi. Vn̄ ꝑ q̄ndā ſapientē dr. Qui ſibi nequā eſt
cui bonus erit? Ad exhibendā q̄ppe miſcdiam vt indigētibꝫ plene exteri⁹ valeat

Duo ſūt ele- moſyne gn̄a ſcʒ corpaliū ꝛ ſpūalium

impēdi: duo ſibi neceſſaria ꝯgruūt. i. hō q̄ ꝑbeat ꝛ res q̄ ꝑbeat̄. Sʒ lōge incōpa-
rabiliter melior eſt homo q̄ res. Qui itaq indigēti ꝓximo exteriorē ſubam pre-
bet: ſed vitā ſuā a neq̄cia nō cuſtodit rem ſuā deo tribuit: ꝛ ſe pctō: hoc qd min⁹
eſt obtulit auctori: ꝛ hoc qd maius ſuauit iniq̄tati. hec Grego. ¶ Cū ḡ ad ſalu-
tē nr̄am duo elemoſynaꝝ genera: ſcʒ corpaliū ꝛ ſpūaliū ſint oīno neceſſaria: diſcu-
tienda ſunt ꝑmo opa miſcdie corporalia q̄ ſeptenario numero a rōne cogēte atq
a ſctis patribꝫ deſignata ſunt. De q̄bꝫ obiurgatio acerrima in die iudicij a rege

Primum

regū Jeſu chrō fiet ꝯtra pctōres. ¶ Primū ḡ opus miſcdie corporalis eſt viſita-
re infirmos: ad qd ꝓuocamur multiplr̄ in ſcpturis ſctis ſignāter Eccli. vij. c. vbi
dr. Nō te pigeat viſitare infirmū. ex his eñ in dilectiōe firmaberis. ꝛ Jac. j. ca.
Religio mūda ꝛ imacu. apd deū ꝛ prēʒ hec eſt. Viſitare pupillos ꝛ viduas in tri-
bulatiōe eoꝝ ꝛ imaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. ¶ Scdm opus miſcdie eſt
potare ſitiētes. Ad qd hortamur ꝑ Salomonē Prouer. xxv. ca. vbi dr. Si eſu-

Secūdum

rierit inimicus tu⁹ ciba illū: ſi ſitit dat ei aquā bibere. prunas eñ ꝯgregabis ſuꝑ
caput eius ꝛ dn̄s reddet tibi. hec ibi. Hinc Hiero. in. iij. lib. ſuꝑ parabolas Sa-
lomonis ſuꝑ hoc paſſu: ita ait. Per prunā ſuꝑ caput ei⁹: ardorē charitatis in cor-
de eius ſignificat. Fit eñ nōnunq̄ vt inimicus crebris victus bn̄ficijs odioꝝ ri-
gore emollito calorē in mēte charitatis excipiat: ac de inimico amic⁹ fieri: ꝛ euʒ
quē iniuſte oderit redamare incipiat. hec Hiero. Et veritas Mat. x. ca. Quicūq
potū dederit vni ex minimis iſtis calicē aq̄ frigide tm̄. amē dico vob nō ꝑdet mer-
cedē ſuā. ¶ Tertiū op⁹ miſcde eſt cibare eſurientes ad qd excitamur ꝑ Eſaiā.
lviij. c. ſic. Frāge eſurienti panē tuū ꝛ egenos vagoſq induc in domū tuā. ꝛ To-

Tertium

bie. iiij. ca. Ex ſubſtātia tua fac elemoſynā ꝛ noli auertere faciē tuā ab vllo pau-
pere ita eñ fiet vt nec a te auertat̄ facies dn̄i Et iteꝝ ibideʒ. Elemoſyna ab oīmi
peccato ꝛ a morte liberat et non patiet̄ aiaʒ ire in tenebras: fiducia magna erit
corā ſummo deo elemoſyna oībꝫ faciētibꝫ eā. ¶ Quartū op⁹ eſt redimere in-
carceratos ad qd excitamur Eccli. iiij. ca. ſic. Libera eū q̄ iniuriā patit̄ de manu

Quartum

ſuꝑbi. Et Amb. in li. de officijs. ꝛ habet̄. xij. q. ij. aurū: dr ſic. Ornat⁹ ſacroꝝ redē-
ptio captiuoꝝ ē. Et vere illa ſunt vaſa ꝑcioſa q̄ redimūt aīas a morte. Jlle ve-
rus theſaur⁹ eſt dn̄i q̄ opatur quod ſanguis ei⁹ operat⁹ eſt. Hec ille. ¶ Quītuʒ

Quintum

opus miſcdie eſt tegere nudos Ad hoc hortabat̄ Tobias filiuʒ ſuum di. Tobie
iiij. ca. Panē tuū cum eſuriētibꝫ ꝛ egētib⁹ comede. ꝛ de veſtimentis tuis nudos
tege. ꝛ Eſaias. lviij. ca. Cū videris nudū operi eū ꝛ carnē tuā ne deſpexeris. Ad
id hortabat̄ Joan. baptiſta qn̄ incepit ꝑdicare. Luc. iij. ca. di. Qui hʒ duas tuni-
cas det nō habēti: ꝛ q̄ hʒ eſcas ſilr̄ faciat. ¶ Sextū op⁹ miſcdie eſt colligere vel
recipe hoſpites. Ad hoc ꝓuocamur exēplo ſanctiſſimi patris noſtri Abrae qui

Sextum

valde miſericors fuit ꝑegrinis. Nam dr Gene. xviij. ca. ꝙ Abraam ſedebat in ho-
ſtio tabernaculi ſui in cōualle mābre in ipo feruore diei. Sup quo Nicolaus de
Lyra dicit: ꝙ Abraā hoſpitalitatē diligebat: ideo ſtabat ad videndū ſi tranſibant

viatores vt poſſet eos inuitare ad mẽſam ⁊ recipe eos hoſpitio. Et ſignãter ſe‑
debat in ipo feruore diei: qꝛ tali hora ſolent viatores ad hoſpitia declinare cauſa
refectiõis. Ad id quoqꝫ excitamur a nobiliſſima hoſpitalaria cħri ſancta Mar‑
tha: q̃ huic officio amore dñi Jeſu totaliter expoſita ipm cũ diſcipulis ſuis plu‑
ries hoſpitio recipe meruit. Hinc Paulus ad Rom.xij.ca. Neceſſitatibꝫ ſancto‑
rũ cõmunicãtes: hoſpitalitatẽ ſectantes. Et ad Hebreos.xiij.ca. Charitas fra‑
ternitatis maneat in vob: ⁊ hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Et.j.Pet.iiij.ca. Ho‑
ſpitales inuicẽ ſine murmuratõe. ¶ Septimũ opus miſcđie eſt ſepelire mortu‑
os. Nota hic ſm ſctm̃ Tho.in.iiij.ſniaꝝ diſt.xv. vbi querit: vtꝝ ꝯueniẽter aſſi‑
gnenť elemoſyne corpales: ꝙ licet ſepultura nõ ꝓſit mortuo q̃ntũ ad ſenſuꝫ quẽ
corpus poſt mortẽ habeat: ꝓdeſt tñ ei ſm ꝙ in memorijs hoim remanet. tũ qꝛ i
ꝯfuſionẽ mortui reputať ꝙ in ſepultus iacet. tũ qꝛ ex ipſo tumulo magis in me‑
moria manet. Aliq etiã ad orãdũ pro ipo excitanť. Vñ monumentũ đr a memo‑
ria eo ꝙ moneat mentẽ. vt đt Augſt.in lib.de cura ꝓ mortuis. Ex q̃ ptꝫ ꝙ ſepeli‑
re mortuos eſt elemoſyna: qꝛ ꝑ hoc ſubuenimꝰ ꝓximo. Jdeo btũs Tobias lau‑
dibꝰ extolliť. de q̃ legimꝰ Tobie.j.ca. Eſurientes alebat: nudiſqꝫ veſtimẽta pbe‑
bat: ⁊ mortuis atqꝫ occiſis ſepulturã ſolicitus exhibebat. Et.ij.ca. đr ꝙ Tobias
plus timẽs deũ q̃ꝫ regẽ rapiebat corpora occiſorum ⁊ occultabat in domo ſua: et
medijs noctibꝫ ſepeliebat ea. Etiã actuũ.viij.c. habeť de ſtephano lapidato ꝙ ſe‑
pelierũt eũ viri timorati. Magnꝰ q̃ꝫ antonius ſepeliuit paulũ primũ heremitã.
Abbas panũtius ſepeliuit honofrium. Dñs quoqꝫ ieſus mãdauit frontoni epo
vt iret ad celebrãduꝫ exeqas ſue care hoſpite marthe q̃bus et ipſe dñs ieſus di‑
gnatꝰ fuit intereſſe. Joſeph etiaꝫ ab arimathia et Nicodemꝰ laudibꝫ extollũtur
eo ꝙ bñficiũ ſepulture exhibuerũt dño ieſu chr̄o. Sic igiť diſcurrẽdo ꝑ campuꝫ
ſcripturaꝝ beneficium ſepulture q̃ꝫplurimũ cõmendať et ꝓ elemoſyna acceptať.
Hec igiť ſeptẽ opa miſcđie corpalia: in h̄ verſu cõprehendũtur. Viſito: poto: ci‑
bo: redimo: rego: colligo: condo.

Septimum

¶ De ſeptẽ operibus miſericordie ſpiritualibus.

Qvia officiũ miſcđie nõ ſolũ ꝑ opa corpalia impendiť ꝓximo: ſꝫ ẽt ꝑ opa
ſpũalia: idcirco occurrit dubitatio q̃nam ſunt opa miſcđie potiora ⁊ me‑
liora: an corpalia: an ſpũalia. Et videť ꝙ elemoſyne corpales ſint potiores
ſpũalibꝫ ⁊ arguiť ſic. Elemoſyna ordinať ad ſubueniẽdũ indigẽtie: ſed corpus cui
ſubueniť ꝑ elemoſynas corpales ẽ indigẽtioris nature q̃ꝫ ſpũs cui ſubueniť ꝑ ele‑
moſynas ſpũales: ergo elemoſyne corpales ſunt potiores ſpũalibꝰ. Pro reſpon‑
ſione nota ꝙ ſeptẽ opa miſcđie ſpũalia q̃ etiã elemoſyne ſpũales dicunť: ſic enu‑
meranť. ¶ Prima elemoſyna ſpũalis eſt docere ignorãtem. Heu quot ignoran‑
tes egent doctrina ſalutis q̃ neſciũt ſeipos munire ſigno crucis. q̃ ignorãt articu‑
los fidei: ꝓcepta diuine legis: orõneꝫ dñicaꝫ: ⁊ alia neceſſaria ad ſalutẽ. Debemꝰ
ğ ꝓximis nr̄is teſte Auguſt. bona docere: ⁊ mala dedocere atqꝫ ignorãtibꝰ quid
agere debeãt intimare. ¶ Scđa elemoſyna eſt conſulere errãti ac dubitanti. Sꝫ
in dandis cõſilijs plurimũ valet vite ꝓbitas. Virtutũ prerogatiua: beniuolentie
vſus: facilitatis gr̃a. vnde Ambroſius ait. An eum idoneuꝫ putabo q̃ mihi det
cõſiliuꝫ qđ nõ dedit ſibi: ⁊ mihi eũ vaca re credam qui ſibi non vacat. ideo Tobie
iiij.ca. Cõſiliũ ſemꝑ a ſapiẽte inquire. ¶ Tertia elemoſyna ſpũalis eſt conſolari
triſtes: cõtra paſſionẽ appetitiue ptis inter q̃s maxima eſt triſticia. Hinc Paulꝰ
hortať deſolatos ⁊ meſtos ne ꝯtriſtenť. ad Theſſalon.iiij.ca. dicẽs. Non contri‑
ſtemini ſic ⁊ ceteri qui ſpem nõ habent: ⁊ ſubdit. Jtaqꝫ ꝯſolamini inuicẽ in ỽbis
iſtis. Et iteꝝ in.v.c. Rogamꝰ ãt vos fratres corripite inquietos cõſolami puſil‑

Septem elemoſyne ſpũales

Prima

Secunda

Tertia

Quarta lanimes ſuſcipite infirmos:patientes eſtote ad oēs. Quarta elemoſyna ſpūalis
eſt corripe delinquētes.de h̄ dr̄ Matth.xviij.ca. Si peccauerit in te frater tuus:
vade ꝛ corripe eū inter te ꝛ ipm̄ ſolū. Et Paulꝰ ad Gal.vj.ca. Fratres ꝛ ſi p̄occu
patus fuerit hō in aliq̄ delicto:vos q̄ ſpūales eſtis hmōi inſtruite in ſpū lenitatꝫ
Nota cū dicit in ſpū lenitatis.ſ.dulciter corripiendo:qꝛ talis humana correptio
magis ꝑficit. Vn̄ Seneca i p̄mo libro de clemētia ad Nerōnē ceſarē dr̄ ſic. Nul-
lū anĩal moroſiꝰ eſt:nullū maiori arte tractandū q̄ʒ hō:nulli magis parcendum.
Sed nota ꝙ in correctiōe fraterna debꝫ hō eſſe mūdus a pctō. Hinc Marcꝰ tul
lius ꝯtra Saluſtiū ait. Carere ꝓſus debet oī vicio q̄ in alium dicere ſit paratus
Quinta ¶ Quinta elemoſyna ſpūalis eſt remittere offenſas inq̄ntū ꝓximꝰ peccat i nos.
Jō v̄itas Matth.xviij.ca.ait. Serue nequā om̄e debituꝫ dimiſi tibi qm̄ rogaſti
me:Nōne ḡ oportuit ꝛ te miſereri ꝯſerui tui ſicut ꝛ ego tui miſertus ſum. Hinc
Marcus tulliꝰ in p̄mo li.de officijs:dr̄ ſic. Nihil em̄ laudabiliꝰ:nihil magno et
p̄claro viro digniꝰ placabilitate atq̄ʒ clemētia. Et iteꝝ ibidem. Quāto ſupiores
Sexta ſumꝰ tāto nos geramꝰ ſubmiſſiꝰ. ¶ Sexta elemoſyna ſpūalis eſt ſupportare in-
firmitates alioꝝ:ꝛ maxime in his q̄ ex infirmitate cōmittunť. Hinc Paulꝰ ad
Roma.xv.ca. Debemꝰ aūt nos firmiores ibecillitates infirmoꝝ ſuſtinere ꝛ nō
Septima nobis placere. Et ad Gal.vj.ca. Alter alteriꝰ onera portate:ꝛ ſic adimplebitis
legē chr̄i. ¶ Septima elemoſyna ſpūalis eſt orare ꝓ omnibꝫ. Jaco.v.c. Orate ꝓ
inuicē vt ſaluemini:multū em̄ valet depcatio iuſti aſſidua. Nā oratiōis pure(te-
ſte Auguſtino)magna eſt v̄tus:ꝛ velut fidelis nūciꝰ mandatū ꝑagit ꝛ penetrat
q̄ caro nō ꝑuenit. Et iterū. Oratio ſi pura fuerit:ſi caſta:celos penetrans vacua
nō redibit. Hinc Jſidorꝰ in.iij.libro de ſummo bo.c.vij.dr̄ ſic. Hoc eſt remediū
eiꝰ q̄ vicioꝝ eſtuat tentamētis:vt q̄tiens q̄libet tangiť vicio totiens ad orōnē ſe
ſubdat:qꝛ freq̄ns orō vicioꝝ impugnationē extinguit Hec Jſidorꝰ. Hec ſūt ſe-
ptēꝫ opa ſpūalia miſcdie q̄ ſub hoc v̄ſu denotanť. Cōſule:caſtiga:ſolare:remitte
fer:ora. Et nota ꝙ ſub ly.v̄bo ꝯſule cōp̄hendiť doctrina ꝛ ꝯſiliū. ¶ Ad q̄ſtio-
nē ḡ q̄n querebať:q̄nam opa miſcdie ſūt potiora:an corꝑalia:an ſpūalia: Reſpō
det ſctūs Tho.in.iiij.ſniaꝝ diſt.xv.vbi hāc p̄ciſe tangit q̄ſtionem. Et in.ij.ij.q.
xxxij.arti.iij.vbi ſic habet. Cōparatio iſtarū elemoſynaꝝ pōt attēdi dupl'r. Vno
mō ſimpl'r loq̄ndo:ꝛ ſm̄ h̄ elemoſyne ſpūales p̄eminēt triplici rōne. Primo quia
id qd̄ exhibeť nobilius eſt.ſ.donū ſpūale:qd̄ p̄eminet corꝑali. Scd̄o rōne eiꝰ cui
ſubuenitur:quia ſpiritus nobilior eſt corpore. Unde ſicut homo ſibip̄ſi magis de
bet ꝓuidere quātum ad ſpiritum q̄ʒ quātum ad corpus.ita ꝛ proximo magis de
bet de elemoſyna ſpirituali q̄ʒ corporali prouidere:quē ex charitate debet dilige-
re tanq̄ʒ ſeipſum. Tertio quātum ad ipos actus per quos ꝛ quibꝫ ſubuenitur pro-
ximo:quia actus ſpirituales ſunt meliores corporalibus qui ſunt quodammo-
do ſeruiles. Alio modo poſſunt comparari ſm̄ aliquem particularem caſum in
q̄ aliq̄ elemoſyna corporalis poſſet p̄ferri alicui elemoſyne ſpūali:puta magis eē
paſcendū fame morientē q̄ʒ docendū. Sicut ꝛ indigenti ſm̄ phm̄ meliꝰ eſt dita-
ri q̄ʒ philoſophari: q̄ʒuis hoc ſit ſimpl'r meliꝰ ¶ Ad argumentū ḡ dr̄ ꝙ dare ma
gis indigenti melius eſt ceteris paribꝫ:ſed ſi minus indigens ſit melior ꝛ melio-
ribus indigeat:dare ei melius eſt. Et ſic in propoſito q̄ʒuis corpus habeat plu-
res indigentias q̄ʒ ſpiritus:tamen indigentie ſpiritus ſunt magis fugiende q̄ʒ
indigentie corporis: Sicut eligibiliores ſunt ſpirituales q̄ʒ corporales diuitie.
Et ſic patet reſponſio ad queſtionem. ¶ Ex dictis etiam liquet ad purum:ꝙ
nemo poteſt ab elemoſynis ſpiritualibus excuſari quāuis ex indigentia ꝛ penu-
ria excuſari poſſit aliquis ab elemoſyna corporali. Et ſiquis diceret: Utiq̄ʒ ab
elemoſyna ſpirituali ſum etiam excuſandus:quia non poſſum conſulere aut do

cere quia rudis ꝛ ignorãs ſcrm. Dic ꝙ talis ſaltẽ nõ põt excuſare qn poſſit ↄſolari triſtes: corripere delinquẽtes: remittere offenſas: ſupportare infirmitates ꝓximi ſui ꝛ hmõi. Idcirco cũ ñ valeam⁹ ꝓpter paupꝫtatẽ elemoſynas corporales paupib⁹ chꝛĩ ↄtribuere: velimus ſaltẽ ꝓmptos nos reddere ad largiendũ opera ſpũalia iuxta ↄſiliũ beati Petri: q̃ in ꝑma ſua canonica ca. iiij. dr ſic. Unuſq̇ſq; ſicut accepit grãm in alterutrũ illã admiſtrãtes ſicut boni diſpẽſatores multiformis grẽ dei. Patꝫ etiam ꝙ euãgelici predicatores ꝛ magiſtri ꝛ theologie q̃ docẽt ſacrã ſcpturã ꝓpter deũ ſunt ditiores ꝛ multo plus merent̃ ꝗ̃ hoies potẽtes ac diuites huius ſeculi q̃ magnas pecunias poſſidẽt ac diſtribuũt. Et ecõtra grauiꝰ peccãt ꝑdicatores euãgelici q̃ celeſtes theſauros ꝟboꝝ dei abſcondunt: ꝗ̃ diuites q̃ paupib⁹ chꝛĩ negãt corpales elemoſynas. Hinc Hieremias Threñ. iiij. ca. ait. Paruuli petierũt panem ꝛ nõ erat q̃ porrigeret eis. Hec de ſeptem elemoſynis ſpiritualibus dicta ſufficiant.

¶ De ſeptẽ ꝑceptis eccleſie.

Amplius rememoranda ſunt precepta ſancte mr̃is eccl̃ie: qꝛ teſte Augu. Eccl̃ia eſt q̃dã forma totiꝰ iuſticie ꝛ cõe ius hoim. vñ ſcrũs Tho. i. ij. q. x. ar. xij. dr ſic. Maximã habet autoꝛitatẽ eccl̃ie ↄſuetudo q̃ ſemꝑ eſt in oib⁹ emulãda: qꝛ ꝛ ipa doctrina catholicoꝝ doctoꝝ ab eccl̃ia autoꝛitatẽ habet. Uñ magis ſtandũ eſt autoꝛitati eccl̃ie ꝗ̃ autoꝛitati vel auguſtini: vel hieronymi vel ambroſij: vel cuiuſcũq; doctoꝛis. hec Thomas. Precepta aũt eccl̃ie dei ſunt multa: inter q̃ ſeptẽ habent̃ ꝑncipalia: ad q̃ꝝ obſuantiã tenent̃ oẽs fideles ſub pena pcti moꝛtalis. ¶ Primũ ꝑceptũ eſt de celebratõe feſtoꝝ. Quicũq; ḡ fecerit aliqͦd opus manuale diebus dñicis ꝛ alijs feſtis q̃ ſunt de ꝑcepto eccl̃ie extra caſum neceſſitatis peccat moꝛtaliter. Sicut eñ in veteri teſtamẽto nõ ſolũ ſabbatũ erat in ꝑcepto: ſed ꝛ alie ſolẽnitates. ſic in nouo teſtamẽto nõ ſolũ dñica dies: ſed ꝛ mlt̃e alie ſolẽnitates q̃ figurate ſunt ꝑ illas: eo ꝙ ſtatus iudaice legis fuit totꝰ figuralis legꝭ grẽ: iuxta illud Pauli. j. ad Coꝛ. x. ca. Hec oĩa in figura ↄtingebãt illis: ſcripta aũt ſunt oĩa ad correctionẽ nr̃am. hec Paulus. Eſt aũt ↄſiderandũ ſm Tho. in. ij. ij. q. cxxij. ar. iiij. in rñſione ad ꝑmũ argumentũ ꝙ illud tertiũ ꝑceptũ decalogi: Memẽto vt diẽ ſabbati ſctifices: lr̃aliter intellectũ eſt: ꝑtim moꝛtale ꝛ ꝑtim cerimoniale: ido ponit̃ inter ꝑcepta decalogi inq̃ꝫtũ eſt moꝛale: nõ inq̃ꝫtũ cerimoniale. ſ. q̃ntũ ad determinationẽ diei ſabbati: ꝛ ido q̃ obſuaret diẽ ſabbati eo ꝙ ꝑcipit̃ i lege moyſaica: iudaiꝫaret ꝛ peccaret moꝛtalr̃. Et ſic dr Tho. vbi ſ. in rñſiõe ad q̃rtũ argumentũ. Obſeruãtia diei dñice in noua lege ſuccedit obſuãtie ſabbati nõ ex ſui ꝑcepti legis diuine: ſed ex ↄſtitutiõe eccl̃ie ꝛ ↄſuetudine ꝑpl̃i chꝛiani. Nec hmõi obſuatio eſt figuralis: ſicut fuit obſuatio ſabbati in veteri lege: ꝛ ido nõ eſt ita arta ꝓhibitio opandi die dñica ſicut in die ſabbati: ſed q̃dã opa ↄcedunt̃ in die dñica q̃ in die ſabbati ꝓhibebant̃: ſicut decoctio ciboꝝ ꝛ alia hmõi. Et etiã in q̇buſdã opib⁹ ꝓhibitis facilius ꝓpter neceſſitatẽ diſpenſat̃ in noua ꝗ̃ in veteri lege: qꝛ figura ꝑtinet ad ꝓteſtationẽ ꝟitatis quã nec in modico ꝑterire opꝫ. Opa ãt ſm ſe ↄſiderata imutari poſſunt ꝓ loco ꝛ tpe. hec Thomas. Sunt aũt vltra diez dñicã multa alia feſta ab eccl̃ia inſtituta vt hoies in vera religiõe ac deuotione fundarent̃: de q̇b⁹ determinat̃ de ↄſe. diſt. iij. ꝓnunciandum.

Primũ ꝑceptũ eccl̃ie

¶ De ſecundo precepto eccl̃ie.

ſ Ecundũ ꝑceptũ eccl̃ie eſt de obſuãtia ieiunioꝝ: ido q̃ frãgit ieiunia inſtituta ab eccl̃ia ſine cã rõnabili peccat moꝛtalr̃ totiẽs q̃tiens trãſgreſſus

fuerit. Obligant̄ aūt cūcti fideles ad ieiunandū totā q̄dragesimā: vt pȝ de ꝯſe.
di.v.q̄dragesima. Et ſil'r ieiunia q̄ttuoꝛ tēpoꝝ: ⁊ ceteras vigilias: vt hr̄ di.lxxvj
ꝑ totū. Habet aūt iſtud p̄ceptū multas declaratiōes ⁊ exceptiōes: iō nota ſub
breuibꝫ ꝙ nullus obligat̄ ad ieiuniū eccl'ie añ vigeſimūp̄mū annū. Rō hui⁹ aſſi
gnat̄ a ſctō Tho.in.iiij.ſentē.diſt.xv. vbi mouet dubiū. Utꝝ pueri teneant̄ ad ie
iuniū: in rn̄ſione ad.iij.arg. Nā dı̄t ꝙ in pueris req̄rit̄ cibꝫ nō ſolū ad actū nutriti
ue: ſȝ et ad actū augmētatiue ꝟtutꝭ: qꝛ de reſiduo nutrimēti fit augmētū. Et qꝛ
ꝟtus nature in pueris nōdū ꝯualuit: nō poſſunt ſimul multū de cibo aſſumere:
qꝛ naturalis ꝟtus illud ꝯuertere nō poſſet: ⁊ iō indigēt freq̄nti cibi ſumptōe: ⁊
ꝓpter hoc eis nō cōpetit ieiuniū dū ſunt in augmēto. Tempus em̄ augmēti ſm̄
ph'm eſt vſq̄ ad finē tertij ſeptēnij vt in pluribꝫ: qꝛ res naturales nō currūt ſem
per eodē modo: ſed vt freq̄nter. Et iō ante hoc tp̄s nō artant̄ pueri ad oīa ieiu
nia eccl'ie ſuāda. Sed qꝛ q̄nto ad terminū p̄dictū appropinquāt: tāto ꝟtus natu
re magis roboꝛat̄ ⁊ augmentū coꝛpis tardius ꝓcedit: cū in p̄mis q̄nq̄ annis ꝑ
ueniat puer ad medietatē toti⁹ augmēti vt ph's dı̄t. Jdō ſm̄ ꝙ magis appropin
quāt ad p̄dictū terminū ſunt eis magis ieiunia cōmēſurāda. hec Tho. Hinc hie
ro. ad athletā de inſtitutiōe paule filie ſue: ep'la incipit. Btūs ap'lus Paul⁹ ſcri
bit ad Coꝝ. dı̄t ſic. Diſplicēt mihi maxime in teneris etatibꝫ longa ⁊ imoderata
ieiunia. Experimento didici aſellū in via cum laſſus fuerit diuerticula q̄rere. hec

Qui excuſā tur a ieiunio

Hiero. ¶ Excuſant̄ etiā a ieiunio mulieres p̄gnātes ⁊ lactātes q̄ tā ſibi q̄ filio
paruulo diligenti cura ꝓuidere tenent̄. ¶ Sil'r infirmi nō obligant̄ ad ieiuniū: ſed
nō oīs infirmitas excuſat a ieiunio: ſȝ tm̄ illa q̄ tollit appetitū comedēdi. Etiam
paupes ſm̄ Tho. ⁊ Durandū in.iiij.ſentē.di.xv. q̄ ſimul hr̄e nō poſſunt hoꝛa co
meſtionis cōpetentē refectionē: ſic̄ freq̄nter egenis ꝯtingit q̄ fruſtatim elemo
ſynas q̄rūt nō tenent̄ ad ieiuniū. Uel etiā qñ ex p̄cedēti neceſſitate tm̄ debilitati
ſunt ꝙ ieiuniū ſufferre nō pn̄t. ¶ Jtinerātes q̄ȝ ⁊ laboꝛātes excuſant̄ a ieiunio
Sȝ intellige ſane ſm̄ Tho. in.iiij.ſentē.di.xv. ⁊ in.ij.ij.q.cxlvij.ar.iiij. Nā dı̄t ꝙ ſi
ꝑegrinatio ⁊ opis laboꝛ cōmode differri poſſit aut diminui abſq̄ detrimēto coꝛ
poꝛalis ſalutis ⁊ exterioꝛis ſtat⁹ q̄ req̄rit̄ ad ꝯſeruationē coꝛpalis vl' ſpūalis vite
nō ſunt ꝓpter hoc ieiunia eccl'ie ꝑtermittēda. Si aūt imineat neceſſitas ſtatim
ꝑegrinandi ⁊ magnas dietas faciēdi: vel etiā multū laboꝛādi: vel ꝓpter ꝯſeruati
onē vite coꝛpalis: vel ꝓpt̄ aliqđ neceſſariū ad vitā ſpūalē. ⁊ ſimul cūȝ hoc nō pn̄t
eccl'ie ieiunia obſuari nō obligat̄ hō ad ieiunādū: qꝛ nō videt̄ fuiſſe itētio eccl'ie
ſtatuētis ieiunia: vt ꝑ hec ipediret alias pias ⁊ magis neceſſarias cauſas. Hec
Tho. Durādus ꝟo in.iiij.ſentē.di.xv.q.ij. dı̄t ꝙ ꝑegrinātes ſi aſſumūt volunta
rie ꝑegrinationē nullo modo licet frāgere ieiuniū. Quādo aūt iponit̄ a ꝯfeſſoꝛe
capiēdū eſt tp̄s vt expleat̄ abſq̄ ieiunij fractiōe. Et ſi ieiuniū infra tp̄s ꝑegrina
tiōis occurrat tēperādus eſt laboꝛ vt ieiuniū obſeruet̄: qꝛ nō videt̄ ſufficiens rō
trāſgrediēdi p̄ceptū eccl'ie ꝓpt̄ illđ qđ volūtarie aſſumit̄: vel a ſimplici ſacerdote i
ponit̄. hec Durādus. ¶ Excuſant̄ etiā ſenes ⁊ antiq̄ q̄ grauati ſenio ſufficientē
refectionē ſumere nō pn̄t. Nec eſt determinata etas vſq̄ ad q̄s annos: q̄s tenea
tur ad ieiuniū. Jō ſi ſunt foꝛtes ad tolerādū ieiuniū nō excuſant̄. Plura alia oc
currerēt ad explicādū ſuꝑ hoc p̄cepto q̄ bꝛeuitatis cauſa relinquunt̄.

¶ De tertio precepto eccl'ie.

Ertiū p̄ceptū eccl'ie eſt de auditiōe miſſe diebꝫ dn̄icis ⁊ feſtiuis. Qui er
t go ſine cauſa rōnabili nō audit miſſam integrā diebꝫ feſtiuis q̄ ſunt d̄ p̄
cepto eccl'ie: vel ex ꝯtemptu. Aut negligētia: aut ex leuitate eūdi ad vena
tiōes: aut ad ꝯuiuia vel alias recreatiōes: ſiue ex cupiditate lucrādi: aut ex igno
rantia craſſa: pecat moꝛtal'r totiens q̄tiens dimiſit. Uñ de ꝯſe. diſt.j. miſſas. dı̄t

ſic. Miſſas die dñico ſecularibꝫ totas audire ſpēali ordine ꝑcipimus: ita, vt ante bñdictionē ſacerdotis egredi ꝑpl'ꝯ nō ꝓſumat/ ꝙ ſi fecerint ab ep̄o publice ꝯfundanť. hec ibi. ¶ Plura occurrerēt ad diſcutiendū ſuꝑ iſto textu. Sed oibꝫ dimiſſis talis moueť dubitatio: Utrū iſtud ꝑceptū eccl'ie de auditiōe miſſe intelligať nō ſolū de die dñico: ſ; etiā de alijs diebꝫ feſtiuis. Et videť ꝙ nō: q2 in textu allegato dr̄ tm̄ de die dñico. Dic ſub breuibꝫ ꝙ ꝑceptū iſtud eſt generale nō ſolū ad diē dñicā: ſ; ad oia alia feſta q̄ ſunt de ꝑcepto. Nā vbi eſt eadē rō: ibi eſt idē ius: q2 de ſil'ibꝫ idē eſt iudiciū. Rō aūt q̄re fuit ſtatutū ab eccl'ia de auditōe miſſe: videť fuiſſe iſta: vt. ſ. in hoc modico tp̄e hō dirigat ſeipum ad deū ⁊ vacet diuinis Sed alia de cauſa fuerūt addita alia feſta ad dies dñicos ſub ꝑcepto niſi vt vaceť rebꝫ diuinis: ergo videť ꝙ iſtud ꝑceptū de audiendo miſſam debeat extendi ad alia feſta.

¶ De quarto precepto eccl'ie.

q Uartū ꝑceptū eccl'ie eſt de ſacramēto ꝯfeſſiōis. Nā ꝑcipit eccl'ia vt q̄libet poſtq̄ venerit ad annos diſcretiōis ſaltē ſemel in anno cōfiteať pctā ſua ꝓprio ſacerdoti. Diciť aūt ꝓprius ſacerdos q̄cūq; h; ꝑtātem abſoluendi ordinariā vel delegatā: ſiue ſit cōis ſiue ſingularis. Siq̄s ergo nō ꝯfiteť ſemel in anno hn̄s annos diſcretiōis peccat mortal'r ſiq̄s ex negligētia hoc faciat: ſecꝰ ſi ex impotētia. Uel q2 nō habeat copiā ꝯfeſſoris. vel q2 eſt excōicatus: nec ꝑ eū ſtat q̄n querat ⁊ ꝓcuret abſolutionē. Uel q2 differt aliq̄bꝫ diebꝫ de ꝯſilio ſacerdotis. Nō pōt aūt ſacerdos deobligare aliquē ab hoc ꝑcepto: nec etiā ep̄s ſed ſolus papa q̄ntū ad ſemel in anno. Nec etiā eū q̄ nō habet niſi venialia: q̄uis aliq̄ dicāt talē nō teneri. q2 ꝑceptū illudꝰ intelligiť de eo q̄ habet mortalia. Tutiꝰ tñ eſt dicere ſm Tho. in. iiij. ſentē di. xvij. vbi querit vtrū oēs ad ꝯfeſſionē teneanť: ꝙ ſi loquamur ex vi ſacramēti nō teneť aliq̄s venialia ꝯfiteri: ſed ex inſtitutiōe eccleſie quādo nō habet alia que ꝯfiteať: vt obediat ꝑcepto eccl'ie teneť. Nā ⁊ſi ꝯſciꝰ ſibi nō ſit de mortali: non tñ eſt ſecurus. Iſtud ꝑceptū pt; extra de pe. ⁊ re. omis vtriuſq;. vbi dr̄ ſic. Ois vtriuſq; ſexus fidelis poſtq̄ ad annos diſcretiōis ꝑuenerit omia ſua ſolus pctā ſaltē ſemel in anno fideliter ꝯfiteať ꝓprio ſacerdoti ⁊ iniunctā ſibi pniam ꝓprijs viribꝫ ſtudeat adimplere: ſuſcipiēs reuerēter ad minꝰ in paſca euchariſtie ſacramentū niſi forte de ꝓprij ſacerdotis ꝯſilio ob aliquā rationabilē cauſam ad tēpus ab hmōi ꝑceptiōe duxerit abſtinendū. Alioq̄n ⁊ viuens ab ingreſſu eccl'ie arceatur ⁊ moriēs chriana careat ſepultura. Et ſubdit ꝙ hoc ſtatutū debeat in eccl'ia frequēter publicari. Ne q̄ſq̄ ex ignorātie cecitate velamē excuſatiōis aſſumat. hec ibi. ¶ Suꝑ hoc textu plura oporteret explicare. Sed oibꝫ ꝑtermiſſis. Queriť q̄s dicať annus diſcretiōis in quo q̄s teneť ꝯfiteri ex ꝑcepto eccl'ie. Rn̄deo ſub breuibꝫ: ꝙ lōga ꝯcertatio fit inter doctores ad aſſignandū quis ſit annus diſcretionis. ¶ Quidā em̄ dicunt ꝙ annus diſcretionis diciť quādo q̄s eſt dolicapax. puer autē diciť dolicapax quādo habet vſum rationis ⁊ cognoſcit peccatū. ¶ Alij v̄o dicunt ꝙ tempus ꝓximū pubertati eſt tempus diſcretiōis. Cum em̄ diſcretio dicať a diſcerno diſcernis: oportet ꝙ annus diſcretionis dicať ille in quo homo ſcit diſcernere inter bonum ⁊ malum. Hoc aūt fit quando ratio in homie ꝯualeſcit ⁊ eſt ꝓximus pubertati. ¶ Sūt alij q̄ dicunt ꝙ puer iudicať dolicapax vel dep̄hendiť habere vſum rōnis ꝑ quedam ſigna exteriora: puta ex geſtu vel ex verbis: ꝑcipue quando dat ordinaras reſponſiones. ¶ Nōnulli dicunt ꝙ annus diſcretionis in puero quo ad ꝯtrahēdum matrimonium vel ingreſſum religionis intelligitur annus. xiiij. completus. In femina v̄o duodecimus. Annus v̄o diſcretionis quo quis ad confeſſionem obligať vt aliq̄ dicunt eſt annus imediate poſt ſeptenniū. ſcilicet octauus.

Quis eſt ꝓprius ſacerdos.

Oēs tenenť ad ꝯfeſſiōe; ſeꝉ in anno

Quis dicať annꝰ diſcretionis

Explicauimꝰ aliq̄ in generali ꝺ circūſtantijs pctoꝝ: ſed qꝛ teſte ſctō Thom. ſmones moꝛales vniuerſales minus ſunt vtiles eoꝙ actiones in ꝑticlari bus ſunt: Jō nunc magꝫ in ꝑticulari ꝺ nūero circūſtantiaꝝ agg̃uantium pctā agendum ē vt pctoꝛ q̄ veram q̄rit ꝑficere pniam poſſit diligentiꝰ rememo-rare ac diſcutere iniq̄tates ſuas / necnon curare moꝛbidas pctoꝝ egritudies: ac tandē hūoꝛes virulētos euomere a ſtomacho languentꝫ aīe: qꝛ teſte Hieroñ. ia nua ꝟtutū ac fundamētum totius ꝑfectionis ē ꝯſcie puritas ac coꝛdis mūdicia. Eſt ḡ ꝯſiderandū ꝙ ſplendoꝛ ecclīe Tho. in .iiij. lib. ſent. di. xvj. vbi mouet dubiū Utꝝ ꝯuenient̄ enumerent̄ circūſtantie Et iteꝝ in .j.ij.q.vij.ar.iij. aſſignat ſeptē circūſtantias agg̃uantes pctm̄ / ſic dicēs: Tul. in ſua rhet. aſſignat ſeptem circū-ſtantias q̄ hꝯ ꝟſu ꝯtinent̄. Quis / q̄d / vbi / q̄bꝫ auxilijs / cur / quō / q̄ñ. Conſiderandū eſt em̄ in actibꝫ humanis / q̄s fecit / q̄bꝫ auxilijs / vel inſtrumentꝫ fecerit / quid fece rit / vbi fecerit / cur fecerit / quō fecerit / ⁊ q̄ñ fecerit. Sed Ariſtot. in .iij. lib. Ethi. addit aliam .ſ. circa q̄d. A Tullio compꝛhendit̄ ſub q̄d. Hec Tho. Mgr̄ aūt Ray mun. ꝺ pena foꝛti: natiōe Cathalanꝰ oꝛdis Predicatoꝝ q̄ decretales cōpilauit ꝺ mādato Gregoꝛij noni: ⁊ pl̄a alia volumina edidit ꝑclariſſima / vir nō ſolū in di-uinis ſcꝑturꝫ eruditiſſimꝰ: ſꝫ hūanaꝝ legū ac ſacroꝝ canonū / necnō ſeclariū lr̄aꝝ ſagaciſſimꝰ interpꝛes / q̄ tā in vita q̄ȝ in moꝛte / ac poſt moꝛtē miracul̄ claruit. Hic ad ꝑdictū nūeꝝ circūſtātiaꝝ addidit octauā .ſ. q̄tiens. Et vbi .s. Tho. ⁊ Petrꝰ de palude ⁊ alij in ꝟſu ꝑallegato dicūt / q̄bꝫ auxilijs. Jpe Raym̄. dt / ꝑ q̄s q̄tiens. Et idō tu foꝛma ꝟſum ſic: Quis / q̄d / vbi / ꝑ q̄s / q̄tiens / cur / quō / q̄ñ. Jſte ḡ octo circū ſtantie ſunt diligent̄ examināde: ⁊ ꝑcipue q̄ñ trahūt pctm̄ ad aliud genꝰ. Dicunt̄ aūt trahere ad aliō genꝰ q̄ñ hn̄t ſpēale repugnantiā ad aliqꝺ ꝑceptoꝝ diuine le-gis. Uerbi gr̄a: furtū ſimplex repugnat huic ꝑcepto: Non furtū facies. Si ꝟo fi at furtū in loco ſacro: tūc furtū rōne loci ſacri hꝫ repugnantiā ad aliō ꝑceptum qꝺ eſt ꝺ veneratōe ſacroꝝ: ⁊ ſic addit nouā ſpēꝫ pcti / ſꝫ videamꝰ ꝺ ſingul̄ circūſtātijs.

De ꝑma circūſtantia ꝑſone.

Prima igit̄ circūſtantia agg̃uans pctm̄ / ſumit̄ ex ꝑte agentꝫ ꝑncipal̄ / ſiue ꝑſone peccantꝫ / q̄ deſignat̄ in ꝟſu ꝑallegato / cum dꝛ: q̄s. Hec circūſtantia ſm̄ Tho. in .iiij. lib. ſent. diſt. xvj. reſpicit magꝫ ꝯditiones ꝑſone peccantꝫ q̄ȝtum ad ꝓꝑietates ipius q̄ȝ ſubſtantiam perſone .ſ. cuius ſtatus: cuius dignita-tis: cuius officij: cuius poteſtatis: cuius virtutis: cuius ſcientie: cuius ſapientie: cuius oꝛdinis: cuius etatis: cuius ſexus: quia ex conditione perſone variat̄ ſub-ſtantia actus humani: eo ꝙ aliquid competit vni perſone / quod non competit al teri: vt dicit beatus Thomas. Propterea in ꝑma ſecunde .q. lxxiij. articlo. x. di-cit ſanctus Thomas: ꝙ magnitudo vel excellentia perſone peccantis aggrauat peccatum / quod ex deliberatione pꝛocedit: Secus de peccato quod pꝛouenit ex ſurreptōne ꝓpter infirmitatem hūane nature: quia tale pctm̄ minus imputatur ei qui eſt maioꝛ in virtute: eo ꝙ minus negligit huiuſmodi peccata repꝛimere: q̄ tamen omnino ſubterfugere infirmitas humana non ſinit. Et ideo peccata ex ꝺ-liberatione pꝛocedentia: tanto magis alicui imputant̄: quanto fuerit maioꝛ vir-tute / ſcientia / dignitate / vel merito. Unde Jſidoꝛus in .ij. lib. de ſummo bo. ca. xviij. dicit ſic: Peccata que incipientibus leuia ſunt / perfectis viris grauia repu-

De nūero circūſtātiaꝝ

Magnitu do ꝑſone ag-grauat pctm̄ ⁊ quō.

tanť. Tanto enim maius cognoſciť eſſe pctm̄ q̄nto maioꝛ q̄ peccat habeť. Creſcit enim delicti cumulus iuxta oꝛdinem meritoꝝ. Et ſepe qđ minoꝛib⁊ ignoſciť/ma ioꝛib⁊ imputať. Hec Iſiđ. Et Juuenaľ in ſatyra.viij.ait: Omni animi vicium tanto ꝯſpecti⁹ in ſe crimen hꝫ/q̄nto q̄ peccat maioꝛ habeť. Rō huius eſt q̄druplex ſm Tho.ibidem. ¶ Pꝛimo q̄dem q2 maioꝛes facilius pn̄t reſiſtere pctō. Puta q̄ excedunt ꝟtute/aut ſcientia/aut dignitate. Jō Luc.xij.ca.đ2: Seruus ſciens voluntatem dn̄i ⁊ non faciens/digne plagis vapulabit multꝫ. Et.ij. Petri.ij.caplo Melius em̄ erat illť non cognoſcere viam iuſticie/q̄ꝫ poſt agnitionem retroꝛſum ꝯuerti ab eo qđ illis traditum ē ſancto mandato. Contingit enim eis illud veri ꝓuerbij: Canis reuerſus ad vomitum: ⁊ ſus lota in volutabꝛo luti. Hec ibi. Propter h̄ dicimus ꝙ grauiſſimū fuit pctm̄ ꝑmi angel q̄ ſcientia/dignitate/pulcritudine/⁊ foꝛtitudine/ceteros angelos ſupabat. Sic pariť dicimus ꝙ pctm̄ ade fuit grauiſſimū: q2 adam habuit oēm cognitionem poſſibilem naturaľr homini: et fuit creatus in habitib⁊ naturalib⁊ integris ⁊ ꝑfectis. Jō ſanctus Thomas in ꝑma ꝑte.q.xciiij.ar.iij.đt: Sic̄ ꝑmus hō inſtitutus eſt in ſtatu ꝑfecto/quantū ad coꝛpus: vt ſtatim poſſit generare: ita inſtitutus eſt in ſtatu ꝑfecto/q̄ꝫtum ad animā: vt ſtatim poſſit alios inſtruere ⁊ gubnare. Non p̄t autem aliq̄s inſtruere niſi habeat ſcientiam: Et iđ ꝑmus hō ſic inſtitutus eſt a deo vt haberet oēm ſcientiam/in q̄b⁊ aptus natus eſt inſtrui. Et in rn̄ſione ad ꝑmū argumentū dic̄ ſic: Pꝛimus homo habuit ſcientiam omnium ꝑ ſpecies a deo infuſas: nec tamen ſciētia illa fuit alterius rationis a ſcientia noſtra/ſic̄ nec oculi quos ceco nato chꝛiſt⁹ dedit fuerunt alterius rationis ab oculis quos natura ꝓduxit. Hec ſanctus Thomas. Ex quo pꝫ ꝙ Adam habuit excellentiam ſcientie/⁊ ideo grauius peccauit Hinc Jſiđ.in.ij.lib.de ſummo bono.ca.xvij.ait: Eua peccauit ignoꝛantia: Adā ꝟo induſtria/q2 non ſeductus: ſed ſciens pꝛudenſq̄ꝫ peccauit. ¶ Secundo grauius peccant maioꝛes pꝛopť ingratitudinem: quia omne bonum quo aliq̄s magnificať/eſt dei beneficium: cui hō fit ingratus peccando: Et q̄ꝫtum ad h̄ quelibet maioꝛitas etiam in tempalib⁊ bonis pctm̄ aggrauat. iuxta illđ Sap̄.vj.cap̄. Potentes autem potenter toꝛmenta patientur: Jō rōne ingratitudinis homo grauius peccat in lege gratie q̄ꝫ in lege veteri. Et baptizatus grauius peccat q̄ꝫ non baptizatus. Et clericus in ſacris grauius peccat in eodem genere pcti q̄ꝫ religioſus q̄ non eſt in ſacris. Et ſimiľr fidelis adulter grauius peccat q̄ꝫ infidelis: tum ꝓpť noticiam ꝟitatis ex fide: tum etiam ꝓpť ſacramenta fidei quib⁊ eſt imbutus ⁊ quibus peccando ꝯtumeliam facit: vt inquit ſanctus Thomas in.ij.ij.q.x. ar.iij.in rn̄ſione ad tertium argumentum. Jterum ſanctus Thomas in ꝑma.ij. q.cxvj.ar.ij.in rn̄ſione ad ſcđm argumentum dic̄ ſic: Siquis poſt acceptam gratiam noui teſtamēti peccauerit/maioꝛi pena eſt dignus tanq̄ꝫ maioꝛibus beneficijs ingratus ⁊ auxilio ſibi dato non vtens. ¶ Sed queſtio animū pulſat. Diceret aliquis: Si plus punitur pctōꝛ chꝛiſtianus q̄ꝫ infidelis: videtur ꝙ melius eſſet vt omnes eſſent infideles? Huic queſtioni reſpondet ſanctus Thomas in commento aureo ſuper ep̄ľa ad Hebreos ca.x.lectione.iij.vbi dic̄: Aliter poſſumus loqui de illis qui fidem ꝯtemnunt: quia iſti ꝓpꝛie ſunt ꝯtemptoꝛes. Et aliter de illis qui ex ignoꝛantia fidē annunciatam non tenent: quia talib⁊ pctm̄ infidelitatis non imputatur: Sed ille qui fidem annunciatam ꝯtemnit graui⁹ punitur: quia pctm̄ infidelitatis maximū eſt. Si ergo comparemus iudeum ⁊ chꝛiſtianum qui non ꝯtemnit ⁊ vterq̄ꝫ ſit adulter tunc grauius punietur chꝛiſtianus q̄ꝫ iudeus: quia non ſolum ꝓ adulterio: ſed etiam quia magis ingratus eſt. Hec Thomas. ¶ Tertio grauatur pctm̄ ꝓpter ſpecialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem perſone: ſic̄ ſi pꝛinceps iuſticiam violet qui ponitur cuſtos iuſticie. Et ſi ſacerdos foꝛnicetur qui caſtitatem vouit. Contra ſimiles ait paul⁹

Graui⁹ peccāt maioꝛes ꝓpť ingꝛtitudinem

Nota oīa diligenť

ad Rom.ij.c. Qui ḡ alium doces teipm non doces? Qui p̄dicas non furanduȝ furarȝ? Qui dicis non mechandum mecharis? Qui abominaris idola ſacrilegiū facis? Qui in lege gloriaris ꝑ p̄uaricationem legis deum inhonoras? Nomē em̄ dei ꝑ vos blaſphemat̄ int̄ gentes. Hec Paulus. Que verba ſm Thomā in commento aureo ſuꝑ epl'a ad Rom.iij.c. lectione.iiij.pn̄t legi interrogatiue quaſi cū q̄dam indignatione. Uel remiſſiue quaſi aſſerendo ſimiliū maliciam. Etiā Eſa.j.c. ait: Principes tui infideles ſocij furuȝ. Omnes diligūt munera ſequunt̄ retributiones: pupillo non iudicant ⁊ cā vidue non igredit̄ ad illos. Iteꝝ Eſaie.lij ca. dr̄ ſic: Dominatores p̄p'li mei inique agunt ꝯ me dic̄ dn̄s: ⁊ iugit̄ tota die nomē meū blaſphemat̄: Propt̄ hoc ſciet p̄p'ls meus nomē meū in die illa: q2 egoipſe q̄ loquebar/ecce adſum. Hec ibi. ¶ Quarto grauat̄ pctm̄ ꝓpter exemplum ſiue ſcandalum: quia vt inq̄t Greg. In exemplum vehement̄ culpa extendit̄ q̄ndo ꝓ reuerentia gradus pctōr honorat̄. Ad plurium etiam noticiam ꝑuenīūt pctā maiorum ⁊ magȝ homines ea indigne ferunt: iō ſi vir vel mulier nobilis aliquā turpitudinem faceret magis ignominioſum eſſȝ pctm̄ q̄ȝ ſi illud faceret ruſtic9. Propterea dic̄.s. Thomas in.ij.ij.q.clxxxvij.art̄.x. ꝙ pctm̄ religioſi grauius eſt pctō ſecularis tripl'r: ſcȝ rōne voti: ratione contemptus: ⁊ ratione ſcandali. Si ṽo religioſus non ex contemptu: ſed ex infirmitate vel ignorantia aliqđ pctm̄ quod nō eſt contra votum ſue profeſſionis committit abſq; ſcandalo/ puta in occulto: leuius peccat eodem genere peti q̄ȝ ſecularis: q2 pctm̄ eius ſi ſit leue quaſi abſorbet̄ ex multis operibus bonis que facit. Si ṽo ſit mortale facilius ab eo reſurgit. Et iō nota ſm Thomam vbi ſ͂ in reſponſione ad tertium argumentū: ꝙ ſi religioſi ad hoc ꝑueniant vt ex contemptu peccent: efficiunt̄ peſſimi ⁊ maxime incorrigibiles. Un̄ Auguſtinus ad plebem hipponenſem ait: Ex quo deo ſuire cepi: quō difficile ſum expertus meliores q̄ȝ qui in monaſterijs ꝓfecerunt: Ita non ſum expertus peiores q̄ȝ qui in monaſterijs deliquerunt. Et ſic etiam intelligitur illō Chryſoſtomi ſuꝑ Mattheum.xxxiij.capl'o vbi dic̄: Laici delinquentes facile emēdantur. Clerici autem ſi male vixerūt/inemēdabiles ſūt. Et ꝓp̄ie religioſi q̄ peccant ex ꝯtemptu dicunt̄ hr̄e colla ſub iugo diaboli. De qb9 Hiero. ad Damaſuȝ papam in epl'a/q̄ incipit: Btitudinis tue interrogatio/diſputatio fuit. ita inq̄t: Sathanas cū aliquē ſua arte decepit ⁊ ꝓpꝛium ei impoſuerit iugū vltra aduicio rum abundantiā non ꝓcurat ſciens eū iam mortuum. Hec Hiero. Et ſic patȝ de circūſtantia ꝑſone peccantȝ

¶ De circūſtātia q̄ntitatȝ opꝭis vel facti

Ecūda circūſtātia agg̃uans pctm̄ ſumit̄ ex ꝑte q̄ntitatȝ opꝭis vl' facti. Hec deſignat̄ in ṽſu p̄dicto ꝑ ly ṽbū qđ. Per qđ intelligere debes ſubam vl' cōditionē facti vel opꝭis ꝑpetrati. Nā ſꝫ Tho. in.iiij.lib. ſniaꝝ diſt.xvj.ꝑ hāc circūſtantiā importat̄ rō mali in actu. Et iō ſic circūſtantia finis ē p̄ma in agg̃uādo pctm̄ vt dicem9: q2 q̄ntitas malicie peti magȝ ꝯſiderat̄ ſm relationē ordinatā in finē. Sic parit̄ h̄ circūſtantia q̄ntitatȝ dr̄ ſcda in aggrauando pctm̄: q2 om̄ia q̄ pn̄t pctō ſpēm tribuere in hac circumſtantia includunt̄: ⁊ he ſunt in qb9 ꝯſiſtit actus moral̄ q̄ȝtum ad bonitatem vel maliciam. Et ꝓpter hoc Phus dic̄ in tertio lib. Ethicorum. ꝙ p̄ncipaliſſima in actu ſūt: in qb9 ꝯſiſtit act9 ⁊ cui9 gr̄a. Alie ṽo circūſtantie magis ⁊ min9 agg̃uāt ſm ꝙ his duab9 magȝ vel min9 ꝓpinq̄ ſunt. Et iō tp̄s ⁊ locus min9 agg̃uare nata ſunt: q2 ſunt oīno extrinſeca. Sȝ int̄ ea ꝯditio ꝑſone magȝ: q2 agens directi9 r̄ndet fini. Et poſt hanc mod9 q̄ r̄ndet actui: ⁊ poſt hoc inſtrumentū qđ ꝑtinet ad modū. Et h̄ q̄dē vt in plurib9 accipiendū ē ita eſſe: tamen nihil ꝓhibet i aliquō alit̄ ſe habere: q2 ſmōes q̄ ſunt in morib9 nihil deter

Pctm̄ g̃uat̄ ꝑpt̄ ſcādalū

minatū habēt: vt dicit in .ij. li. Ethicoꝝ. Hec Tho. Iſta ḡ circūſtātia: q̄d: nō debet ꝓprie ꝯſiderari ꝓut eſt ſubſtantia actus: puta quia occidit vel fornicatus eſt: aut furatus eſt. ſed ꝯſideraꝛ ꝓut dicit ꝯditiōem facti vl' actus peccati. ſ. ipam ꝓprietatem: qualitatē ⁊ quantitatē facti: vtputa quia iſte occidit p̄ncipem: ꝑcuſſit patrē: cognouit virginem: vel maritatam. Eſt q̄ꝫ aduertendū ſm ſctm̄ Thom. in .iiij. li. ſniaꝝ diſt. xvj. vbi q̄rit: Vtrū oīs circum ſtantia ſit ꝯfitenda in reſponſione ad ſcḋm argumentū. ꝙ determinata q̄ntitas peccati nō pōt ſacerdoti innoteſcere q2 nec ipē pctōr hoc ſcit: ſed ſufficit ꝙ cognoſcat q̄ntitateꝫ peccati q̄ ex ſpecie peccati ꝯſurgit. Hec Tho. Dicim⁹ itaqꝫ ꝙ rōne hui⁹ q̄ntitatis graui⁹ fuit peccatū Cain: q̄ꝫ peccatū Ade. quia grauitas homicidij excedit q̄ntitatē gule vel ſuperbie q̄ fuit in Adam. Sic etiā peccata ſpūalia grauiora ſunt ceteris parib⁹ peccatis corꝑalib⁹. ¶ Ampli⁹ ad diſcernendū grauitatē peccatoꝝ. Vel qualiter vnū pctm̄ eſt altero grauius nō ſufficit ꝯſiderare genus vel ſpēm peccati: ſed expedit etiā diſcutere alias circūſtantias. verbi grā. ſi moueaꝛ q̄ſtio Qd̄ peccatū fuit grauius: an pctm̄ Eue an pctm̄ Ade. Huic q̄ſtioni reſpōdet ſic ſm Tho. in .ij. ij. q. lxiij. arti. iiij. vbi dicit ſic. Grauitas pcti p̄ncipali⁹ attendiꝛ ſm peccati ſpecieꝫ q̄ꝫ ſm peccati circūſtanciā. Dicendū eſt ḡ ꝙ ſi ꝯſiderem⁹ ꝯditionem ꝑſone vtriuſqꝫ ſcꝫ mulieris ⁊ viri: pctm̄ Ade eſt graui⁹: q2 erat ꝑfectior muliere. Vn̄ Aug⁹. in libro de vera ⁊ falſa penitentia capitulo. xiiij. dicit ſic. In hoc em̄ quiſqꝫ peccator ſit culpabilior quo eſt deo acceptior: ideo enim Adam plus peccauit: q2 in omni bono abundauit. Hec Auguſtinus. Erat pariter maiori bono ſpirituali preditus propter magnitudinē ſcientie ſibi date. Et iterum grauius peccauit Adam propter maiorem rebellionem. Maior enim fuit inobedientia eius: quia preceptum fuit primo ſibi datum ⁊ deinde Eue per eum. Etiam grauius fuit peccatum Ade: quia maius damnum ſecutum eſt ex peccato Ade q̄ꝫ Eue. Nā in adā erat totum humanū genus virtualiter vt in principio actiuo. Et ideo ex peccato Ade tranſfuſum eſt peccatum in totum humanum genus: non autem ex peccato Eue. Nam ſi ſola peccaſſet non fuiſſet humanum genus infectum: ſed ipſa ſola a deo punita grauiter fuiſſet: vt inquit Sanctus Thomas in cōmento aureo ſuper epiſtola ad Roma. quinto capitu. lectione. iij. et in .j. ij. queſt. lxxxij. ar. v. et in .iiij. ſententiarum diſtinctione. j. vbi mouet dubium. Vtrum circuncíſio debuerit etiam mulieribus dari in reſponſione ad primū argumentum. Si vero conſideretur peccatū Ade ⁊ Eue q̄ꝫtum ad ipſum genus peccati. Tunc vtriuſqꝫ peccatū equale iudicabitur: quia vtriuſqꝫ peccatū fuit ſuperbia. Vnd̄ Auguſtinus dicit. xj. ſuper Gene. ad litteram: ꝙ mulier excuſauit peccatum ſuum non impari ſexu: ſed pari faſtu. Sed q̄ꝫtum ad ſpeciem ſuperbie grauius peccauit mulier triplici ratione. Primo quideꝫ quia maior elatio fuit mulieris q̄ꝫ viri. Mulier enim credidit verum eſſe qd̄ ſerpēs ſuaſit ſcilicet ꝙ deus prohibuerit ligni eſum ne ad eius ſimilitudinem peruenirent. Et ita dum per eſum ligni vetiti dei ſimilitudineꝫ conſequi voluit: ſuperbia eius ad hoc ſe erexit ꝙ contra dei voluntatem aliquid voluit obtinere: ſed vir non credidit hoc eſſe verū Vnde nō voluit conſequi diuinam ſimilitudinem contra dei voluntatem: ſed in hoc ſuperbiuit ꝙ voluit eam conſequi per ſeipſum. Secundo quia multipliciter non ſoluꝫ peccauit: ſed etiam viro peccatum ſuggeſſit: vnde peccauit ⁊ in deum ⁊ in proximum. Tertio in hoc peccatum viri diminutū eſt: quia in peccatū conſenſit amicabili quadam beniuolentia qua plerūqꝫ fit vt offendaꝛ deus ne homo ex amico fiat inimic⁹: qd̄ eū facere non debuiſſe diuine ſentētie exit⁹ indicauit: vt Augu. dr. xj. ſup Gene. ad litterā. Et ſic patet ꝙ peccatū mlieres fuit graui⁹ q̄ꝫ pctm̄ viri: ⁊ ideo mlier graui⁹ fuit punita q̄ꝫ vir: vt patet Gene. iij. capi.

Quis peccauit grauius an Adā aut Eua.

¶ De circūſtantia loci.

Ertia circūſtantia aggrauans pctm̄/ ſumit̃ ex ꝑte loci. Hec circunſtantia
t denotat̃ in ꝟſu ꝑallegato/cum dr̄: Ubi. Eſt aūt vbi aduerbiū loci: idō ſi/
gnificat ⁊ interrogat in loco. Circūſtantia ḡ loci in q̄ fit pctm̄ eſt om̄ino
ꝯſiderāda: qꝛ plerūq̧ locꝰ trahit pctm̄ ad aliō genus: vt dictum ē. Nam ſi fiat fur/
tum in loco ſacro: hic actus addit ſpēalem repugnantiā ad ordinem rōnis: qꝛ rō
dictat non eē iniuriā faciendā in loco ſacro. Silr̄ dōm eſt de eo q̄ cōmittit adulte
riū vel homicidiū vel aliud pctm̄ in eccl̄ia q̄ ē locꝰ deputatꝰ ad cultū diuinū. Hinc
Aug. in regl̄a ad clericos ita ait: In oratorio aūt nemo aliud agat/ niſi ad qd̄ fa
ctum ē/ vnde ⁊ nomen accepit. Etiam tal̄ turpitudo facta in loco ſacro videt̃ hr̄e
annexum ꝯtemptū dei ⁊ ſacroꝝ. Ubi ē aūt maior ꝯtemptus/ ibi eſt maior graui
tas: ⁊ ꝑ ꝯn̄s voluntas peccantꝫ iudicat̃ magꝫ inordinata ⁊ ſuꝑba. Propt̃ea ꝯtra
eos q̄ oꝑant̃ illicita in locꝫ ſacrꝫ oñdit dn̄s Jeſus ardentiſſimū zelū. Nam faciēs
flagellum d̄ funicul̄ obiurgauit acerrime oēs vendentes ⁊ ementes in tēplo: vt
dr̄ Mat. xxj. ⁊ Joan. ij. c. Et dixit eis: Auferte iſta hinc ⁊ nolite facere domum
pr̄is mei domū negociationis. Etiamſi pctm̄ fuerit factum in loco publico: puta
q̄s turpia agit: aut blaſphemat: aut publice fornicat̃: ex q̊ ſequit̃ ſcandalū pluri/
moꝝ/ q̄uis etiam ip̄e h̄ non intendat aut ꝓuideat directe: nihilo minus aggraua
tur pctm̄: Jō ꝟitas Mat. xviij. c. ait: Qui aūt ſcandalizauerit vnū d̄ puſill̄ iſtis/
q̄ in me credūt: expedit ei vt ſuſpendat̃ mola aſinaria in collo eiꝰ: ⁊ demergat̃ in
ꝓfundum marꝫ Et Iſid. in. ij. lib. d̄ ſummo bo. c. xx. ait: Maioris eſt culpe mani
feſte q̄ꝫ occulte peccare/ dupl̄r em̄ reꝰ eſt: qui aꝑte delinquit: qꝛ agit ⁊ docet. Hec
Iſid. Qui in locis publicis peccat turpia dicens vel agens: videt̃ gaudere d̄ ma
lo. De q̄bꝰ ſcꝑtum eſt: letant̃ cum male fecerint ⁊ exultant in reb; peſſimis Hinc
Aug. in epl̄a ad quendam comitem ait: Nullum ſcelus coram deo tam abomina//
bile eſt q̄ꝫ p̄terita pctā vnicuiq̧ nr̄m dimiſſa reminiſcendo gaudere ⁊ inde exulta//
re. Silr̄ ſi falſi teſtes peccant in curia vel in p̄torio vbi mali ⁊ criminoſi puniunt̃/
ſignum eſt ꝙ non erubeſcerent in omni loco peccare: Idcirco tal̄ culpa vel iniu/
ria grauatur rōne loci qui de ſe deberet multo potius incutere terrorem peccan//
di. Hec d̄ t̃tia circūſtantia dicta ſufficiant.

De circūſtantia inſtrumental̄ agentꝫ

Uarta circūſtantia aggrauans peccatum/ſumitur ex parte inſtrumenta/
q lis agentis quo quis vtitur ad peccandum. Hec denotatur in verſū ſupe
rius allegato: vbi dicitur per quos vel quibus auxilijs. Nam omnia auxi
lia: omnia media/ quibus peccata perpetrantur: dicuntur inſtrumenta peccati
ſm̄ Thomam in. iiij. lib. ſententiaꝝ diſtinct. xvj. Sicut enim ex inſtrumento q̊
quis operatur poteſt ſciri vtrum actus procedat ex malicia/ vel non: ſicut verbi
gratia: ſiquis percutiat calamo ⁊ cōtingat talem mori/ non eſt eiuſdem criminis
ſicut ſi percutiat gladio: Et ideo ex inſtrumento quo quis operatur poteſt ſumi
circūſtantia/ vel conditio aggrauans/ vel alleuians actum principalis agentis.
Sꝫ qꝛ non omnis actio fit ꝑ inſtrumentū/ ſic̄ ſunt intelligere et velle. Ideo loco
inſtrumenti ponit Tulliꝰ q̄b; auxilijs: eo ꝙ oia auxilia ſunt q̄ſi inſtrumēta actio/
nis quib; agens vtit̃ ad finē ſuum. Et ſic internuncij: auxiliatores: factores: co//
oꝑatores: ⁊ mediatores in delicto ſunt inſtr̄a peccādi. Jō cogita cū q̄b; vel ꝓ q̄/
bus vel ꝯ q̄s vicia aut pctā ꝑpetraſti. Hec circūſtantia tanto magꝫ agg̃uat pec/
catū q̄nto maius fuerit nocumentū qd̄ ſequit̃ ꝓpt̄ auxiliū vel medium pcti. Co/
gita ḡ ſi fuiſti mediator alicui ad peccandum/ aut ſi tu peccando habuiſti media/
tores: quia quanto plures tanto pctm̄ iudicat̃ g̃uiꝰ: Ut ſiq̄s mittit amaſie diuer
ſa munera ꝑ diuerſos. Contra tales ſcribit Hieroñ. ad Nepotianū p̄ſbyteꝝ/ epl̄a

incipit. Petis a me Nepotiane chariſſime: vbi ait. Crebra munuſcula ⁊ ſudario riola ⁊ faſciolas ⁊ veſtes ori applicatas: ⁊ oblatos deguſtatoſq̄ cibos: blandaſq̄ ac dulces litteras ſctūs amor nō habet. Hec Hieronym⁹. Hinc Paul⁹ ad Romanos .j. ca. Digni ſūt morte nō ſolū qui faciūt ea: ſed qui ꝯſentiūt facientibus. Etiā q̄nto enormi⁹ aut turpi⁹ vtit̄ quis medio peccandi: grauius peccat. Verbi grā. Intendit quis cōmittere peccatū fornicatiōis ⁊ ad opus nefariū hab; internūcios viros religioſos: talis grauiſſime peccat. q: vtit̄ miniſtro chr̄i ad opera diaboli. Similiter incantator vel ſortilegus fecit vel ꝓcurauit incātatiōes ⁊ ſortilegia cū ſacramentis aut rebus ſacramentalib; ecclie: vt aqua vel cera bn̄dicta vel aqua baptiſmali: aut oleo ſancto ⁊ hmōi grauiſſimū eſt peccatū. Cogita amplius ſup hac circūſtātia: ſi aliq̄s tuo ꝯſilio/auxilio/aut fauore traxiſti ad peccatū: vt ſolent ſcelerati viri ⁊ grauiſſimi peccatores: q̄ letant̄ in malis qd̄ eſt ꝓpriū officiū diaboli. quia ſicut nullū oīpotenti deo maius ſacrificiū offerri poteſt q̄̄ zelus animaꝝ: eo ꝙ bonū aīe eſt maximū atq̄ optimū. Ita ecōuerſo nulla offenſa maior deo fieri pōt q̄̄ vt membra chr̄i efficiant̄ membra diaboli. Quicūq̄ ḡ fuerit cauſa inductiua alicui⁹ ad peccandū ſi ad veram pniam ꝑuenire deſiderat expedit oīno vt ſicut fuit cauſa ꝑditōis ꝓximi ſui: ſic pariter fiat cauſa ſalutis et vite: qd̄ ſi nō fecerit penā ſui delicti portabit ¶ Multa deniq̄ ſunt vicia ⁊ peccata q̄ ꝯtrahunt̄ ⁊ grauant̄ ex ꝯſortio ſocietatis ꝑuerſe q̄ diligent̄ remēorāda ſūt. q: ſicut bona multa habet cōis vita ſctōꝝ: ſic plurima mala ſocietas affert maloꝝ: vt ait Iſido. Hinc Chryſ. ſup Matth. inq̄t. Bon⁹ malo ſi ꝯiūgitur: aut pares reddunt̄ aut cito ab inuicem ſeparant̄. Amicicie em̄ aut q̄runt aut faciūt pares. Rerū natura ſic habet vt q̄tiēs bon⁹ malo ꝯiungit̄: nō ex bono mal⁹ melioretur: ſed ex malo bon⁹ ꝯtaminat̄. Diuerſitas em̄ reꝝ nunq̄̄ pōt habere ꝯcordiā: ⁊ mlt̄os ad ruinā impellit ſocietas nefanda. Hec Chryſ. Et diu⁹ Hieronym⁹ ad Fabiolā de veſte ſacerdotali: epl̄a incipit. Vſq̄ hodie in lectiōe veteris teſtamēti: dicit ſic. Multa nos facere cogit carnalis affectus: ⁊ cū ꝓpinquitatem reſpiciamus corpoꝝ: ⁊ corporis ⁊ anime offendimus creatorem. Hec Hieronym⁹. Et ſic patet de quarta circumſtantia.

¶ De circūſtantia finis que eſt potiſſima omniū in aggrauando peccatum

q Uinta circūſtantia aggrauās pctm̄ ſumit̄ ex parte finis. Et notat̄ in verſu superi⁹ allegato: cū dicit̄ cur: vel cui⁹ gratia. Hec dr̄ ꝑncipaliſſima oīm circūſtantiaꝝ: q: ipa mouet agentē ad agendū. Et q: act⁹ morales maxime acćipiūt ſpeciē a fine: vt habet ſctūs Tho. in .j. ij. q. vij. art. iiij. Et iteꝝ in .iiij. libro ſniaꝝ diſt. xvj. Ad iudicādū ḡ grauitatē pctōꝝ hec circūſtantia eſt ſup omnes alias ꝯſiderāda: vt dr̄ Tho. Nam inq̄rit de fine a q̄ in moralibus actus humani ſpēm recipiūt: vt dictū eſt. Et idcirco intētio peccātis ſup omnia eſt req̄renda: quia vt dr̄ ſctūs Tho. in .ij. ij. q. xiij. ar. iij. in reſpōſiōe ad ꝑmū argumentū. Quātitas peccati nō menſurat̄ ex nocumēto facto: ſed multo magis attēdit̄ intētio volūtatis ꝑuerſe. Vn̄ Iſid. in .ij. li. de ſūmo bono. c. xxvij. ait. Oculus hoīs intētio operis eius eſt. Si ḡ intētio eius bona eſt ⁊ opus intētiōis ipius bonū eſt. Hinc Aug. in li. de vera ⁊ falſa pnia. ca. xv. dicit ſic. In iudicio em̄ cordis cōſideranda eſt elemoſyna tribuentis. Nō tā ꝯſiderandū eſt/qd̄ q̄s dat: ſ; q̄ mente: q̄ affectōe dat qd̄ pōt. Et Ambro. ait. Intentio operi tuo nomen imponit. Diſcute ḡ diligent̄ tenebroſam ꝯſcientiā tuā ⁊ cogita cur cōmiſiſti pctm̄: an ex infirmitate vel fragilitate. an ex ignorātia vl̄ malicia vel induſtria. Dicuntur āt illi peccare de induſtria q̄ ſtudio ac deliberatiōe mētis malū agūt: vt ait Iſid. Vel cur. i. q̄ fine pctm̄ ꝑpetraſti: vtꝝ ſpōte an coact⁹: vtrū aīo nocēdi: an iocādi.

Intētio peccātis ē req̄rēda

Vtꝝ ſubito an cū lōga meditatiōe vel diſcuſſiōe. vtrū impulſus a tētatiōe an ꝑuētus ab ea. vtꝝ ex cupiditate vel pauꝑtate. Nā cum act⁹ morales recipiāt ſpeciem ab obiecto: vt dꝛ ſctūs Tho. obiectū aūt formale act⁹ ſit finis: ipē act⁹ recipiet ſpēm ꝛ denoīationē a fine: ꝛ ſilr ſuā grauitatē. Et iō q̄nto peiori fine mouet q̄s ad peccādū tāto graui⁹ iudicabit pctm̄. Et breuit oīa pctā habēt ſpēm ex obiectis: ꝛ illa differētia q̄ attēdit penes obiecta eſt ṗma ꝛ ṗncipal q̄ſi ꝯſeq̄ns ſpēm vt habet ſctūs Tho. in. j. ij. q. lxxij. ar. iij. ¶ Ampli⁹ vt clari⁹ intelligas q̄ntū valeat ꝛ poſſit intētio volūtatis nr̄e: ſcire debes ſm Tho. in. j. ij. q. xij. ar. j. ꝙ intētio ṗmo ꝛ ṗncipalit ꝑtinet ad id qđ mouet ad finē. Vn̄ dicim⁹ architectorē ꝛ oēm ꝑcipientē ſuo imperio mouere alios ad id qđ ipſe intēdit. Voluntas aūt mouet oēs alias vires aīe ad finē. Manifeſtū eſt ergo ꝙ intētio ꝓprie eſt act⁹ voluntatis. Ita intētio dꝛ oculus: qꝛ ꝑ eā ꝓponit volūtati finis ad quē mouet ſicē oclo ꝓuidemus q̄ tēdere debeam⁹. Etiā ſm augu. intētio dꝛ lumē. qꝛ manifeſta eſt intēdēti. Om̄es igit oꝑationes nr̄e ꝛ oēs act⁹ morales dicūt vel boni vl mali: ſm ꝙ volūtas eligēs eſt vl bona vel mala. Volo dicere ꝙ act⁹ eliciti a volūtate ſiue intentiones dāt oꝑib⁹ nr̄is ſpeciē: naturā: ꝛ nomē: boni vel mali. Verbigr̄a. Iudex intēdit de aliq̄ negocio exequi iuſticiā: ꝛ ꝓpter hoc dat elemoſynā aduocato pauꝑi vl notario vt i exequēdo iuſticiā ſint ſibi fauorabiles. Querit q̄ſnā dicet tal act⁹ an iuſticia an miſericordia. Rn̄de ſic. Talis act⁹ eſt magꝭ dicēdus actus iuſticie q̄ȝ act⁹ mie: qꝛ intentio ṗncipalis ipius iudicis ferebat ad iuſticiā. ¶ Simlr eſt vn⁹ q̄ intēdit cōmittere pctm̄ adulterij cū aliq̄ mlꝛiere: ſed illa recuſat niſi habeat pecunias. Rōne cui⁹ ille ꝯmittit furtū vt aliq̄d tribuat mulieri. Quid ergo dicem⁹ Nūquid iſte actus dicēdus ſit adulteriū: an furtū: Rn̄deo ꝛ dico ꝙ magꝭ denominat adulteriū q̄ȝ furtū/ qꝛ prima intētio tendebat in adulteriū. Et ꝑ oppoſitū. Si aliq̄s peccat cū aliq̄ muliere vt poſſit eā de nocte expoliare aut deꝑdari talis actus poti⁹ dicet furtū q̄ȝ luxuria eadē rōe. Deniq; tāta eſt vis intētionis ac volūtatis ꝙ vna ꝛ eadē oꝑatio facta ſm variā intētionē ſortit diuerſū effectū ꝟtutꝭ vel vicij: boni vl mali. Verbigratia. Cain occidit abel fratrē ſuū ꝛ peccauit grauit. Gen̄. iiij. c. Dauid āt occidit Goliad ꝛ meruit valde. ṗmi Reg. xvij. Sed vn̄ q̄ſo tanta diuerſitas vt Dauid occidendo meritū reportauerit: Cain ꝟo eternam damnationē ex homicidio ꝯſecutus fuerit: Reſpōdeo. Hoc totū egit diſparitas intentiōis. Nam intētio Dauid erat ſtabilita in vera iuſticia: Cain ꝟo fuit agitatus pura inuidia ꝛ malicia. Dauid expugnauit ꝑ tuitione ꝓpli ſui: Cain aūt occidit cecat⁹ inuidia ꝛ odio fratris ſui. ¶ Etiā legit Gen̄. xvij. ꝛ xviij. ca. qualiter Abraam ꝛ Sara vxor ſua riſerūt eo ꝙ dn̄s ꝑmiſerit eis ſe daturū filiū. Sed riſus abrae cōmendat: riſus ꝟo ſare iuſte vituperat: qꝛ intentio abrae tota pura ꝛ gaudioſa ex tanto munere in gratiaꝝ actiōes ferebat. Nā credidit abraā ꝛ reputatū eſt ei ad iuſticiā. Riſus āt ſare vituꝑat: qꝛ ex diffidētia ꝑmiſſi fuit mota ad riſum. Ideo Genes. xviij. ca. dicit ſic. Sara riſit occulte dicēs. Poſtq̄ȝ ſenui ꝛ dominus me⁹ vetul⁹ eſt voluptati operā dabo. ¶ Iteꝝ Cain reꝑhēſus a dn̄o ſuꝑ morte Abel fratris ſui dixit: Peccaui. Nā ſubiunxit. Maior eſt iniq̄tas mea q̄ȝ vt veniā merear: vt ptꝫ Genes. iiij. c. Etiā pharao dixit Peccaui: vt habet Exodi. ix. ca. Et pariter Saul reꝑhēſus a Samuele dixit Peccaui. qꝛ ꝑuaricat⁹ ſum ſermonē domini. j. Regū. xv. ca. Similiter rex Antiochus dixit Peccaui: vt habetur. ij. Macha. ix. ca. Nā dixit: Iuſtū eſt ſubditū eſſe deo: ꝛ mortalē nō paria deo ſentire. Et deniq; ille famoſiſſim⁹ ꝓditor Iudas ſcariothis dixit ꝛ ipē Peccaui: tradens ſanguinē iuſtum. Matth. xxvij. ca. Et nihilomin⁹ omnes iſti veniam nō fuerūt ꝯſecuti. Sed Dauid reꝑhenſus a Nathan ꝓpheta dixit: Peccaui domino. ꝛ ſubito audire meruit ab eodem ꝓpha: Dn̄s q̄ꝫ trāſtulit a te peccatum tuum: vt dicit. ij. Regum. xij. c. Ecce vnum verbū prolatum ſm diuerſam intē-

Intētio q̄ntū poſſit.

Volūtas mouet oēs vires aīe

Act⁹ elicit⁹ a volūtate ē oīno cogitād⁹.

Sol⁹ dd dixit peccaui recto corde

tiōem operat̄ salutem ꝛ damnatiōem. Et ſic patet q̄nta ſit vis intentiōis ac volū tatis que dat cunctis operib⁹ noſtris denominationē ꝟtutis ꝛ vicij:boni ꝛ mali. Jdcirco pro cōplemēto huius circūſtantie notāda ſunt aurea verba ſancti Thome in ꝑma ſcđe.q.lxxiij.arti.ix.vbi dicit ꝙ ꝑma grauitas peccatoꝝ attenditur ex parte obiecti.ex quo quidem obiecto tanto attenditur maioꝛ grauitas in peccato quanto obiectum eius eſt principalioꝛ finis. Fines autem humanoꝝ actuū ſūt ipſe deus/homo/ꝛ proximus. Quicq̄d em̄ facimus ꝓpter aliquod hoꝝ facimus. Poteſt igitur ex parte hoꝝ triū ꝯſiderari maioꝛ vel minoꝛ grauitas in peccato ſm ꝯditionē ꝑſone in quā peccat̄. ¶ Primo q̄dem ex parte dei cui tanto aliq̄s homo cōiungitur q̄nto eſt ꝟtuoſioꝛ vel dignioꝛ vel ſanctioꝛ. Jō in ſcꝑtura ſacra maxime vituperatur peccatū quod cō tra ſeruos dei cōmittitur:quia iniuria tali perſone facta magis redundat in deū:iuxta illud Zacharie.ij.ca. Qui em̄ tetigerit vos tangit pupillam oculi mei. ¶ Secūdo aggrauat̄ peccatū ex parte ſuiipſius. Nam tanto aliquis grauius peccat quāto magis in perſonā magis cōiunctam ſeu naturali neceſſitudine:ſeu beneficijs ſeu quacūq; cōiunctione peccauerit:quia talis videt̄ in ſeipſum magis peccare. Jdcirco in ſcripturis ſanctis vituperatur maxime peccatū cōmiſſum in ꝑſonas ꝓpinquas:ſm illud verbū ꝓpheticum: Filius cōtumeliam facit patri:filia cōſurget aduerſus matrē ſuam. Et Eccleſiaſtici.xiiij.ca. Qui ſibi nequā eſt:cui bonus erit:q.d.nulli. ¶ Tertio aggrauatur peccatū ex parte proximi.ꝯtra quem tanto grauius peccatur quāto peccatum plures tangit. Et ideo maxime vituperat̄ peccatum cōmiſſum in regē vel ꝑncipem:vel in perſonas in dignitate cōſtitutas:vel in ꝑſonam publicam que repreſentat totā multitudinem. Nam tale peccatū eſt grauius q̄ peccatum quod cōmittitur in ꝑſonam ꝑuatam. Propterea ſpecialiter dicit̄ a domino. Principē populi tui nō maledices.quaſi dicat.quia tale pctm̄ in ſcandalū ꝛ turbationem plurimoꝝ redundat. Hec de circūſtantia finis

Grauitas pcti attendit̄ | Primo | Secundo | Tertio

¶ De circūſtantia numeri.

Sexta circūſtantia aggrauās peccatū ſumit̄ ex parte q̄ntitatis numeralis:ꝛ ſignat̄ in ꝟſu ꝑ ly ꝟbū q̄ties. Et q2 q̄ties eſt aduerbiū numeri:nō diligent̄ numer⁹ pctōꝝ mortaliū eſt diſcutiend⁹ ac rememorand⁹:q2 pctā aggrauant̄ ex freq̄ntatiōe act⁹ ꝓpter iordinationē volūtatis q̄ ꝯtinue auget̄ ꝑ turpes act⁹:ſiue ſint interioꝛes ſiue exterioꝛes:tā in bonis q̄ in malis. Super hac autem circūſtantia debet fidelis anima ꝯſcientiā ſuam diſcutere de duob⁹.ſ. de numero pctōꝝ:atq; de ꝯſuetudine peccandi. Et ꝑmo q̄ ad numeꝝ peccatoꝝ ſcire debes ꝙ nō ſolū pctā operis:ſed etiā pctā coꝛdis ꝓ poſſibili ſūt numeranda ac diſcutienda:nec ſolū q̄ ad numerū:ſed etiā q̄ ad grauitatē. Verbi gratia. Si habuiſti deſideria carnalia ꝛ deliberaſti ꝓcedere ad opus pcti cū aliqua muliere: tūc diſcutere debes ꝯſcientiā tuā:an tal̄ mulier ſit ſoluta:an virgo vl̄ nupta vl̄ religioſa. Et iterū rememoꝛādū eſt q̄ die talia cogitaſti:ꝛ in quo loco:quia ſimiles circumſtantie trahunt peccata coꝛdis ad diuerſas ſpecies ſicut peccata operis. Qui ꝟo hmōi diſcuſſionē negligit aut ꝯtēnit:nō ꝑficiet verā penitētiā:ꝛ ꝑ ꝯn̄s nec habebit verā ꝯtritionē pctōꝝ ſuoꝝ. Et pariter numer⁹ pctōꝝ tā oꝛis q̄ opis cogitand⁹ eſt ac q̄ntum poſſibile fuerit recolligend⁹. ¶ Sed ad maioꝛē euidentiā hui⁹ circūſtātie ſcire debes ſm Thomā.in.j.ij.q.lxxiij.ar.vj.ꝙ volūtas ꝓprie ꝛ ꝑ ſe eſt cauſa peccandi:ꝛ cōparat̄ ad actum peccati ſicut arboꝛ ad fructū:vt dr̄ in glo.ſup illud Mat.vij.c. Nō pōt arboꝛ bona fruct⁹ malos facere. Quanto ergo voluntas fuerit maioꝛ ad peccandū tanto hō grauius peccat. Sed q̄n volūtas ꝛ opus pcti ſunt ſeparata ab inuicē:vtputa ſm aliud:ꝛ aliō tps ſūt diuerſa pctā q2 ibi ſunt diuerſe auerſiōes ꝛ cōuerſiōes. Verbi gratia. Si aliquis habet vo-

luntatē deliberatā ad fornicādū/furandū/occidendū/ꝛ hmōi:ꝛ diuertit ꝓ tūc ad
alia dimittēs exeq̄ illā volūtatē. Inde ad horā opportunitate ſe ingerēte cōmit-
tit illa pctā:ꝛ ſic ſūt diuerſa. Sed ſi voluntas ꝛ opus ſint ꝯiuncta vt cauſa ꝛ effe
ctus:ſic ſunt vnū pctm̄ formalr̄:ſed plura materialiter. qꝛ eſt vna rō deordinādi:
licꝫ plura ſint deordinata. grauiꝰ tn̄ eſt pctm̄ actu exteriori cōmiſſum ꝙ̄ ſola vo-
lūtate. Nā ip̄e actus exterior cōiter adauget voluntatē in malis operibꝫ ſicut ꝛ i
bonis. Hinc Aug. de ſermōe dn̄i in monte: vt habeť de pnia diſt. ij. dt. ſic Sicut
Tres ſūt peccati differētie — tribꝫ gradibꝫ ad pctm̄ ꝑuenit: ſuggeſtiōe: delectatione: ꝛ ꝯſenſiōe: ita ipiꝰ peccati
tres ſūt differētie: ꝛ in corde ꝛ in facto: ꝛ in ꝯſuetudine tanꝗ̄ tres mortes. Vna
q̄ſi in domo. i. cū in corde ꝯſentiť libidini. Altera ꝟo q̄ſi iam ꝓlata extra portā cū
in factū ꝓcedit aſſenſio. Tertia cū vis ꝯſuetudinis male tanꝗ̄ mole terrena p̄mi
tur animꝰ: q̄ſi in ſepulcro iam putrēs: Que tria genera mortuoꝝ dn̄m reſuſcitaſ
ſe quiſq̄s legit euāgeliū agnoſcit. Hec Aug. Aliter pōt iſta circūſtantia exponi:
vt ly q̊tiēs referať ad ꝯſuetudinē. Naꝫ ꝯſuetudo nō minuit pctm̄: ſed auget. Et
tāto grauiora ſunt pctā q̄nto diutiꝰ infelicē aniam detinēt alligatā. Et iō diffici
lius reſipiſcit pctōr a pctis ꝯſuetis ꝓpter habituꝫ male ꝯſuetudinis: cū habitus
ſit q̄litas de difficili mobiľ: vt inq̇t phs. Eſt ḡ diligenť aduertēdū ꝙ in q̄libet ge
nere peccati grauius eſt peccatū qd̄ fit ex habitu: qꝛ fit ex maiori libidine. Vnde
Iſido. in. ij. libro de ſummo bono. c. xxi ij. ait Peccatū admittere eſt cadere in pu-
teum. Cōſuetudinē ꝟo peccati facere: os putei eſt coanguſtare ne is q̄ cecidit va-
leat exire. Hec Iſido. ¶ Propterea horribiliſſimū eſt peccare: ſed peiꝰ eſt peccā
di ꝯſuetudinē facere: quia teſte Hieronymo ad Demetriā. Conſuetudo eſt q̄ aut
vicia aut ꝟtutes alit. Iteꝝ ad Athletā de inſtitutiōe Paule filie ſue: epl'a incipit
Btūs apl's Paulꝰ ſcribit ad Corin. dt ſic. Greca narrat hiſtoria Alexādrū potē
tiſſimū regē orbiſq̄ dn̄atorē ꝛ i moribꝫ ꝛ i inceſſu leonidis pedagogi ſui potu nō
iſſe carere vicijs: q̇bꝫ adhuc paruulꝰ fuerat infectus. Hec Hiero. Etiā Aug. in li.
ꝯfeſſionū inq̇t. Lex peccati eſt violentia ꝯſuetudinis q̄ trahiť etiā inuitꝰ animꝰ.
eo merito q̄ in eam volens illabitur. Et in libro Enchi. idem ait. Peccata ꝙ̄uis
magna ꝛ horrenda cum i ꝯſuetudinē venerint: aut parua eſſe aut nulla creduť
vſq̄adeo: vt nō ſolum nō occultanda: verūetiā p̄dicanda diffamandaq̄ videnť.
Hec Auguſtinꝰ. Hinc Salomon Prouerbioꝝ. xxij. ca. ait. Prouerbiū eſt: Ado-
leſcens ambulās iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit nō recedet ab ea. Sup q̇-
bus ꝟbis diuꝰ Hieronymꝰ in. ij. libro ſuꝑ parabolas Salomonis dicit ſic. Con
ſtat pleroſq̄ in ſenectute dn̄o donāte maturari a vicijs q̄ adoleſcentes habuerāt.
Et ecōtra nōnullos illo ſe deſerēte/deſerere circa ſeniū ꝟtutes q̇bꝫ in adoleſcētia
videbanť illuſtrati. Sed qꝛ multo ſepiꝰ quis memor eſt eoꝝ quibꝫ ab adoleſcen
tia imbutꝰ eſt in reliquū vite tempꝰ exequi cōſueuit. Prouerbiū eſſe dicit: qꝛ qd̄
adoleſcens quiſq̄ ceperit: in ſenecta nō mutauerit: nō tn̄ ip̄e ſemꝑ ita venire ꝯfir
mat. Idcirco aūt hmōi ꝓuerbiū poniť: vt auditores ſuos a p̄ma etate ꝟtutibꝫ ſtu
dere ꝑſuadeat: ne forte in ſenectute nō poſſint deſerere ſtudia/q̇bꝫ in tenera etate
mācipari deſpexerant. Nam ꝛ quo ſemel eſt imbuta recēs ſeruabit odorem teſta
diu. Et greca narrat hiſtoria Alexandrū potentiſſimū regem orbiſq̄ dominato
rem: ꝛ in moribꝫ ꝛ in inceſſu Leonidis pedagogi ſui nō potuiſſe carere vicijs: q̇-
bus paruulꝰ adhuc fuerat infectus. Hec Hieronymꝰ. Nota ꝙ ꝟba que hic tan-
gunť a Hieronymo de Alexandro p̄ciſe tacta ſunt ab eodē in epiſtola ad Athle
tā: vt patet ſupra. ¶ Quantū etiā difficile ſit peccatrici anie vincere ꝯſuetudinē
Difficile ē vincere ꝯſuetudinem. — male viuendi: oſtendit Hieremias. xiij. c. dicens. Si mutare poteſt ethiops pel-
lem ſuam: aut pardus varietates ſuas: ꝛ vos poteritis bene facere cum didiceri
tis malum. Super quo paſſu Hieronymus. in. iij. libro ſuper Hieremiam pro-
Nota totū. — phetam ad Euſebium ita inquit. Quicquid eñ diſciť nō nature eſt: ſed ſtudij et

ꝓprie voluntatis:q̄ nimia ꝯſuetudine ⁊ amore peccandi quodāmodo in naturaꝫ ꝯuertitur. Sed hoc qḋ homib⁹ impoſſibile eſt/deo poſſibile eſt:vt nequaq̄ ethi/ops ⁊ pardus ſuā videant̄ mutare naturā. Sed ille quē in ethiope operat̄ ⁊ par do dicēte aplo. Omnia poſſum in eo q̄ me ꝯfortat chr̄o. Vn̄ ⁊ in alio loco. Am plius inquit illis omnib⁹ laboraui:nō autē ego ſed gratia dei que in me eſt. Hec Hieronym⁹. Et ſic patꝫ ꝙ difficulter radit̄ qḋ rudes animi ꝑbiberūt:vt idē ait ad Athletā. Cauſat̄ em̄ habitus in nobis ex freq̄ntatis actib⁹. Ideo dr̄ phus in ij. libro Ethicoꝝ. Quales ſunt actus tales habit⁹ ſubſequunt̄. Nō aūt q̄re gra/uius eſt pctm̄ qḋ fit ex habitu:aſſignat̄ a ſancto Thoma in.ij.ij.q.clvj.art.iij. vbi mouet dubiū: Vtrū incōtinens plus peccet q̄ intemperat⁹. Nota hic ꝙ dr̄ in/tēperat⁹ ille qui peccat ex habitu. Incōtinens ꝟo dicit̄ qui peccat ex fragilitate. Deducit ḡ ibi ſctūs Thomas talem rationē. Vbi eſt em̄ maior inclinatio volun tatis ad peccandū:ibi eſt grauius peccatū. In eo autē qui eſt intēperat⁹/volun/tas inclinat̄ ad peccandū ex ꝓpria electōe que ꝓcedit ex habitu ꝑ ꝯſuetudinē ad/quiſito. In eo autē qui eſt incōtinens voluntas inclinat̄ ad peccatū ex aliqua paſ ſione. Et quia paſſio cito tranſit:habitus aūt eſt qualitas de difficili mobil:inde eſt ꝙ incōtinens ſtatim penitet tranſeunte paſſione:qḋ nō accidit de intempera/to:q̄nimo gaudet peccaſſe. eo ꝙ operatio pcti eſt ſibi facta cōnatural̄ ſm̄ habitū. Vnde de his dicit̄ Prouerb.ij.ca. Letant̄ cum male fecerint:⁊ exultant in reb⁹ peſſimis. Hec Thomas. Etiam ſctūs Thomas in cōmento aureo ſuꝑ epiſtolā ad Roma. ꝑmo ca. lectione.viij. dicit ſic. Malicia eſt habit⁹ vicioſus virtuti op/poſitus. Vn̄ ex malicia peccare dicunt̄ qui ex habitu peccant. pſal.lj. Quid glo/riaris in malicia qui potēs es in iniquitate? Hec Thomas. Nullum quippe ſce lus (teſte Auguſtino) coram deo tam abominabile eſt q̄ ꝑterita peccata vnicui/q̄ noſtrum dimiſſa reminiſcēdo gaudere:⁊ inde exultare Hec de circūſtantia nu meralis quantitatis.

¶ De circūſtantia modi.

Eptima circūſtantia aggrauās peccatū ſumit̄ ex parte modi agendi. s Hec circūſtantia ſignat̄ in ꝟſu allegato dū dicit̄:quomodo. Pōt aūt ly quō ꝓferri dupl̄r. aut ſub voce duaꝝ partiū vl̄ duaꝝ dictionū:ſicut il/lud Luce.j.ca. Quo mō fiet iſtud qm̄ virū nō cognoſco. Que ꝟba nō ſūt dubita/tiua:ſed modi agēdi inquiſitiua. Nō em̄ puriſſima ꝟgo fuit ſubita ſicut Eua:nec tarda ſicut Sara:nec dubia ſicut Zacharias:ſed modū inq̄rit q̄ tale myſteriū fie ri deberet:vt.ſ. ſaluo ꝟginitatis ꝓpoſito mater eſſet. Aliq̄n ly quomō videt̄ eſſe di ctio cōpoſita:⁊ ponit̄ loco vnius dictiōis ⁊ accentuat̄ ꝓ vna dictione. ⁊ ſic quō.i. qualiter. Inquirit ḡ hec circūſtātia de mō agēdi:q̄ modus eſt q̄dam mēſura vl̄ cōditio/ſiue regula/ſiue tēperamentū cuiuſcūq̄ rei. Propterea ſctūs Thomas in tractatu de ꝓpoſitiōib⁹ modalib⁹ dicit:ꝙ modus eſt determinatio adiacens rei Sūt aliq̄ q̄ dicūt ꝙ mod⁹ eſt q̄dā diſcretio regulās oēm diſciplinā/ſine q̄ ꝟtutes ſunt vicia. ¶ Sed nota hic ſm̄ ſctm̄ Thomā. in.j.ij.q.vij.ar.iij. in reſpōſione ad ſcdm̄ argumentū. ꝙ ille mod⁹ qui ex circūſtātijs accipit̄ q̄d bene vel quid male. nō ponitur circūſtantia:ſed eſt ꝯſequens ad omnes circūſtantias. Sed ſpecialis circūſtantia ponitur modus:qui ꝑtinet ad qualitatē actus. puta ꝙ aliquis am/bulet velociter vel tarde. ⁊ ꝙ aliquis percutit fortiter vel remiſſe. ⁊ ſic de alijs. Hec Thomas. Interroga ḡ ꝯſcientiam tuam ⁊ diſcute de modo q̄ cōmiſiſti pec cata:quia grauat̄ peccatū ex modo agendi. ⁊ quāto peiori modo cōmittitur:tan to iudicatur grauius. Verbi gratia. Qui fornicatur cum muliere modo natu/rali:peccat q̄dem mortaliter. ſed multo horribilius qui peccat ꝯtra naturā. Si/militer q̄ iurat in vanum:peccat. ſed q̄ iurat ꝑ aliquē moduꝫ opprobrioſum ꝑ dei

Quid ē mo/dus.

mẽbra vel ſctõꝝ eius grauiꝰ offendit. Jdcirco inq̄re diligent̃ de mõ q̊ pegiſti opꝰ pcti. q: q̄nto turpiori mõ fiũt: tãto ſt̃ g̃uiora. eo ꝙ actꝰ morales a mõ agẽdi plerũ recipiũt ſpẽm vl' grauitatẽ. Diſcute parit̃ de mõ agẽdi vel patiẽdi. q: grauius eſt pctm̄ i eodẽ genere qd̊ fit agẽdo q̄ꝫ qd̊ fit patiẽdo. Et breuiter modus eſt q̄dam menſura omniũ actuũ humanoꝝ

De circũſtantia temporis.

Etaua ⁊ vltima circũſtantia aggrauans pctm̄ ſumit̃ ex parte tẽporis. Hec q̊ꝫ deſignat̃ in p̄dicto verſu cũ dicit̃: qñ. Eſt aũt ly qñ aduerbiũꝫ tẽporis. ideo hec circũſtãtia q̄rit de tp̄e in q̊ q̇s peccauit: Utꝝ tp̄e ferialí vel ſolẽni: puta tp̄e orõni ꝯſtituto: vt ſũt feſtiuitates ⁊ tp̄a ieiunij. Uel ibi g̃ra. Si q̇s fornicat̃ vel cõmittit furtũ vel homicidiũ: peccat q̇dẽ mortal'r. Sed ſi talia fiũt i die feſto aliã deformitatẽ importãt q̄ orit̃ ex circũſtãtia ſacre dei aggrauãtis pctm̄. Nã pctm̄ mortale cõmiſſum in die feſto habet ſpecialẽ repugnantiã ad tertiũ p̄ceptũ diuine legis. ſ. Sabbata ſanctifices. q: opꝰ peccati eſt magꝭ ſuile q̄ꝫ opus manuale: vt dicũt doctores catholici. Et iõ tal' circũſtãtia mutat ſpeciẽ peccati ⁊ aggrauat pctm̄ iq: vbicũqꝫ ẽ alia ⁊ alia repugnantia actꝰ ad rõnẽ: ⁊ alia deformitas actus: ibi ẽ alia ⁊ alia ſpẽs ⁊ maior grauitas pcti. ¶ Hec de tribus gradibꝫ pctõꝝ: ſignant̃ de decẽ p̄ceptis diuine legis. de ſeptẽ pctis mortalibꝫ de quinqꝫ ſenſibꝫ corporeis. de tribꝫ ỽtutibꝫ theologicis. de q̄ttuor moralibꝫ. de ſeptẽ opibꝫ miſc̄die tã corpalibꝫ q̄ꝫ ſpũalibꝫ. de ſeptẽ p̄ceptis eccl'ie. de bñficijs ⁊ ſacramẽtis: de circũſtantijs aggrauãtibꝫ/ iuxta humilitatis mee tenuiſſimũ ſenſuꝫ explicaui, p recreatiõe ſitientis anie q̄ p diligentẽ diſcuſſionẽ ꝓprie ꝯſcie ad veraꝫ cordis ꝯtritionẽ ꝑuenire deſiderat. Quicũqꝫ g̊ tã piã ac meritoriã diſcuſſionem pctõꝝ ſuoꝝ humili corde ꝑfecerit ꝯfiſus de miſc̄dia dñi nr̃i Jeſu chr̃i: dicimꝰ ꝙ talis quicunqꝫ fuerit veraciter theſauꝝ illũ nobiliſſimũ vere ꝯtritiõis ꝯſequet̃ a dño. De q̊ ſcp̄tũ eſt Sap̄. vij. ca. Jnfinitꝰ em̄ theſaurꝰ eſt hoibꝫ q̊ q̇ vſi ſũt participes facti ſũt amicicie dei. Et ſic pꝫ de ſc̄da q̄one.

Tertia queſtio declaranda

Pctm̄ cõmiſſũ i die feſto ẽ grauꝰ

Nota i q̄ pte ꝯſiſtit ỽa ꝯtritio.

SUpereſt vt reſoluamus tertiũ dubiũ. Nã q̄rebat̃ q̄nta eſſe debet recogitatio ſiue diſcuſſio, p pctis vt deo fiat debita ſatiſfactio. Et q: in p̄cedentibꝫ fuimꝰ aliq̄liter ꝓlixi. iõ huic q̄oni breuiter rñdemꝰ ſic dicẽtes. Uera ꝯtritio nõ mẽſurat̃ ſm dolorem partis ſenſitiue: ſed multo magis ſm dolorẽ intellectiue ⁊ rõnal' ſm Tho. ⁊ oẽs doctores catholicos. Propterea nõ eſt neceſſe corpalẽ dolorẽ eſſe tãtũ de pctõ q̄ntus fortaſſe eſſet de tẽporali malo vel incõmodo: vt dr̃ Joãnes gerſon. Sufficit em̄ penitẽti ꝙ cõmiſſum pctm̄ ſibi vere diſpliceat: ⁊ nequaq̄ꝫ in ſili caſu deũ offendere vellet. Nõ em̄ oportet talẽ eſſe dolorẽ de pctõ q̄lẽ de ſe diuina depoſcit imẽſitas cũ ſit h̊ ipoſſibile: q: ipa, pſus eſt infinita: nr̃m aũt dolorẽ finitũ eſſe neceſſe ẽ. Nec poſſumꝰ dignas deo referre g̃ras, p tãtis ab eo ſuſceptis bñficijs. nec h̊ indulgẽtiſſimꝰ ille pr̃ a nob̄ req̄rit niſi tãtũmõ obediẽtiã mãdatoꝝ ſuoꝝ q̄ ſub eterne mortis pena obſeruãda mãdauit. Dolor tñ de peccatis tanto melior ⁊ laudabilior eſt q̄nto in anima ⁊ in corpore fuerit maior. Adhibenda eſt tamẽ circa hũc dolorem recta diſcretio: q: nec corpus deſtrui nec ratio ledi debet. ¶ Et idcirco homo peccator cognoſcẽs creatorẽ ſuũ tam enormiter offendiſſe: q̄ cũ ſit infinitꝰ offenſa in eum facta põt dici infinitũ malũ: quia eſt ꝯtra deũ qui eſt infinitũ bonum. ideo totis reaſſumptis viribꝫ debet ſeuero cordis examine interiora diſcu-

tere:atq; tam diligēter ſingula pctā mortalia inqrere ac memorari:queadmodū de re tpali ardua ac ponderoſa conaret:exemplo illi⁹ fatui q p negligentiā ſuam magnū theſaur ac iocalia multa pdidit. Qui cogitabat atq; iteruz recogitabat qt z quanta cōmoda poterat ↄſeq ex theſauro amiſſo. iō cū amaritudine cordis dolebat atq; vberrime flebat. Sic peccatrix aīa q̄ſi fatua theſaur infinitū peccando pdidit: nō recogitādo excellētiā illi⁹ ſummi boni: q̄ nil mai⁹ excogitari poteſt: qd qdem eſt infinite bonitatis: infiniti valoris: infiniti meriti. z q̄ſ p ſolā miſeriā pcti illud amiſit. Tūc in ſimili cogitatiōe aggrauat aīa vehemēti dolore cordis: ppterea in infinitū ſi fieri poſſet dolere debet de offenſa dei. Dignū quippe eſt vt ſicut p euitanda corporali morte oīmoda diligētia obſeruat. ſic expedit vt p recuperāda vita eterna oīs cura ac vigilantia cauti⁹ adhibeat: teſtāte Aug. qui ait. Libenter debet facere imortalis futur⁹ q̄cūq; faceret p differēda morte moritur⁹. Et iō rex ſanct⁹ Ezechias recognoſcēs ſeipm nō dixit Cogitabo: ſed ita ait. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. Nam recogitare idē eſt qd valde vel freqūeter cogitare. q2 ly re augmētat ac reduplicat ſignificatū dictiōis. Ille g q recogitat pctā ſua qdāmodo cogit animū freqnter illor reminiſci. z tūc fit deo ſacrificium gratiſſimū: de quo Dauid in pſalmo. l. ait Sacrificium deo ſpūs ↄtribulatus: cor ↄtritum z humiliatū deus nō deſpicies. Qñ em̄ peccator retractat in corde ſuo peccata cōmiſſa: cogitādo affligit z amaricatur: z tūc eius ſpūs dr ↄtribulat⁹ z agitat⁹. O q̄ ſuaue eſt deo pariter z angelis tale ſacrificiū. O vere q̄ntum acceptabile. Tūc em̄ peccata ↄterunt malleo ↄtritiōis. Iō glo. ſup iſto paſſu dr ſic. Cōtritio cordis eſt ſacrificiū q̄ peccata ſoluunt. Et Origenes ait. Quāto ampli⁹ cōpūgimur: tanto magis pctōr vincula relaxant. Et cum ſubdit: Cor ↄtritū z humiliatū de⁹ nō deſpicies. Notandū eſt ſm glo. q pus dicit ↄtritū: poſtea humiliatū. q2 nō pōt cor humiliari corā ſacerdote in ↄfeſſiōe niſi pus fuerit ↄtritū. Et ſic pz rñſio ad ppoſitā qōnez. Et p ↄñs hec dica ſufficiāt de pmo reqſito ad ↄtritiōem

¶ Qualiter ad verā ↄtritionem reqritur verus dolor ſiue deteſtatio ſiue diſplicētia ſingulor mortaliū. Et multa valde pulcra ac neceſſaria documēta d dolore ↄtritiōis explicant.

Dicimus ſecundo q ad veram ↄtritionem requiritur verus dolor ſiue deteſtatio ſingulorum peccatorum mortalium de quibus in predicta examinatione diligens inquiſitio facta fuit. Eſt ergo diligenter conſiderandum q peccator debet de peccatis ſuis conteri perfecte z diſtincte. Primo em̄ oportet vt conterat perfecte: ſic vt nō ſolum actum: ſed etiam affectum peccati tollat per deteſtationem voluntatis: alioquin talis ſic dolens nō poteſt dici nec eſt contritus nec vere penitens: ſed eſt ſimulatus z mercennarius. Nota igitur q iſta deteſtatio ſiue dolor de peccatis in volūtate/nil aliud eſt q̄ peccati diſplicentia que excludit affectum peccati: in quo cōſiſtit tota eſſentia contritionis. Et ideo Auguſtin⁹ in libello de vera z falſa penitētia ad chri deuotā dicit ſic. Penitētia eſt q̄dam dolentis vindicta puniēs in ſe qd dolet cōmiſiſſe. Et iteruz in eodem libro ita inquit. Sūt plures quos penitet peccaſſe: ſed nō omnino reſeruantes ſibi q̄dā in quib delectent: nō aīaduertētes dñm ſimul ſurdū z mutuz a demonio liberaſſet. Per hoc docēs nōnunq̄ niſi de oīb ſanari. Si em̄ vellet ex parte peccata reſeruari: habēti ſeptē demonia pficere potuerat ſex expulſ. Expulit aūt ſeptē vt oīa crimina ſimul emēdanda doceret. Legionez autē ab illo eijciens neminē reliquit de omnib qui liberatū poſſideret: oſtendens ſi peccata ſint mille oportere de omnib penitere. Hec Auguſtin⁹. Etiā Iſido. in. ij. li. de ſum-

Duplr deb3 hō cōteri de pctis ſuis.
Prio pfect.

